BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
F
38
NAPOLI



SYMPHONIA IVRIS VTRIVSQVE CHRONOLOGICA:

IN QVA NON MODO OMNIVM PONTIFICVM, IMPERATORVM, CONSVLVM ROMANORVM, IVRISPERITORVM ITEM tam veterum quàm recentium nomina, ſucceſsiones, ætates, temporaq; concurrentia, ex diuerſis hincinde, iisq; approbatis authoribus, in vnum corpus & conſonantiam redacta, cupidis hiſtoriarum Lectoribus velut in tabula ſpectanda proponuntur:

SED ET QVID AB VNOQVOQVE, VEL PONTIFICE, *VEL IMPERATORE IN VTROQVE IVRE CONSTI*tutum ſancitúmue ſit: quæ quoque tam Codicis quàm Nouellarum Conſtitutiones, quibus Conſulibus, quo anno, quo menſe, quóue die menſis, datæ vel acceptæ ſint: quæ item ex Reſponſis Prudentum in ſingulas Pandectarum Leges tranſlata, quæ ex iiſdem in Codice, Nouellis & Inſtitutionibus citata à Labitto recenſentur, obſeruata vbiq; temporum & annorum Symphonia. præcipuis inſuper textuum concordantiis, & diſcordantiis, multisq; ſimilibus notatu dignis obſeruatiunculis (de quibus plura in pagella ſequenti) paſsim inſertis, noua ratione oſtenditur:

AVTHORE

IOAN. VVOLFGANGO FREYMONIO, IN Obernhauſen, V. I. Doctore, Bauaro.



M. D. LXXIIII.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali.

FRANCOFVRTI,

Ex Officina Typographica Nicolai Baſſæi, Impenſis Sigiſmundi Feyerabend.

ELENCHVS EORVM QVAE SYMPHONIAE CHRONOLOGICAE EXTRA ORDINEM ACCEDVNT, ET *quorum in Titulo nulla eſt facta mentio.*

I.

Succincta deliniatio originis & progreſſus tam Imperij, quàm Iuris Romani, à primis orbis conditi temporibus, ad C. Iulium Cæſarem vſque (à quo Symphonia noſtra incipit) ex probatis deducta Auctoribus.

II.

Synopſis omnium ætatum mundi, vnà cum Hebræorum, Græcorum, Latinorumque, veterum pariter & recentium, diuerſis ſupputationibus.

III.

Ordo & ſucceſsio quatuor Monarchiarum. quibus accedit regum Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum, & ex quibus Romanum promanauit Imperium, Troianorum & Latinorum nomenclatura.

IIII.

Index omnium ferè Hiſtoricorum, qui res geſtas totius orbis per ſingula Monarchiarum tempora ordine deſcripſerunt.

V.

Catalogus Exarchorum Italiæ, quíue hos proximè ſubſecuti ſunt, Imperatorum Orientalium, à translato ad Germanos imperio, vſque ad hodiernum Turcarum Principem Selymum.

VI.

Accedunt his alia plura lectu nec iniucunda, nec infrugifera, paſſim hinc inde ſingulis Symphoniæ columnis velut Emblemata inſerta, quæ diligens Lector per ſe obſeruare poterit.

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, D. ALBERTO, Comiti Palatino Rheni, ac vtriuſque Baioariæ Duci, domino ſuo clementiſsimo.

QVANTVM IN OMNIBVS STVdijs actionibusq; vitæ, tum verò in vtroque Iure cum fructu verſaturis conferat iuncta textibus hiſtoriarum lectio: illa præſertim, quæ Romanæ Reipub. magiſtratus & officia, Conſulum ſucceſsionem & ordinem, Cæſarum Prudentumq; vitas, mores & ætates continet: vel vnũ illud, ILLVSTRISSIME, idemq; CLEMENTISSIME PRINCEPS, abundè nobis exemplo eſſe poteſt, quòd nullus ferè melioris notæ Iureconſultus exiſtat hodie, qui non ad hanc Iuris partem vel perlegendam, vel reparandam, temporis aliquid & ocij grauioribus ſtudiis deciderit: iamq; dudum præſtantiſsimi quique temporis noſtri Anteceſſores in hanc ſententiam vno quaſi conſenſu iudicioq; conceſſerint, neminem eſſe qui abſque ſolerti Annalium Faſtorumq; indagatione ad perfectam ſolidamq; Iuris cognitionem aſpirare poſsit. Vt veteres illos, P. Mutium Scæuolam, Rutilium Ruffum, Cælium Antipatrem, Fuſtidium, Tuberonem, Pomponium, aliosq; plures haud poſtremæ claſsis, & hiſtoriarum non minus, quàm legum cognitione celebres, in hoc album non referam: vtq; taceam tot deprauata Digeſtorum Reſponſa, tot corruptos Cõſtitutionum textus, tot falsò creditos antinomiarum nodos, tot legum inſcriptiones et ſubſcriptiones partim mutilas, partim omiſſas, partim non ſuis Authoribus attributas, & ſi quæ ſunt huius generis ſexcenta alia: quæ vt auorum noſtrorum memoria denſiſsimas clariſsimo legum ſplendori tenebras obfudère: ita non aliundè, quàm è politioris literaturæ, vt plurimum verò hiſtoriarum fontibus, tanto numero tantaq; copia in integrum reſtituta cernimus: vt Iuriſprudentia noſtra hoc primum tempore non tam reſtaurata, quàm nata videri queat. Temerè forſan & arroganter iudicium meum interpoſuiſſe videbor nonnullis, in re præſertim tanti momenti, tantiq; ponderis: ſed communem hanc, non meam, eamq; iuſtiſsimam eſſe querelam, facilè deprehendent, qui diſceptationis huius negocium exactius ſub cenſuram reuocandum duxerint. Etſi enim ſuperioris

ſeculi Doctores & Interpretes, tum ob ingenij acumen ſummumq́, quod attigêre, doctrinæ & eruditionis faſtigium, tum quod obſcura quàmplurima peruia nobis faciliaq́ fecerunt, debita laude nequaquam defraudandos eſſe libenter agnoſcant, qui temporum illorum barbariem & infelicitatem æquioribus votis penſitandam ſtatuunt: ad hanc tamen Iuris partem hiſtoricam, adeoq́ totius antiquitatis cognitionem quod attinet, quàm parum illi non ſolum præſtiterint, ſed quantum inſuper Annalium ignorantia damni plerumque dederint, pleni obeliſcis codices, plena diſpunctionum & emendationum volumina indies magis magiſq́ prodeuntia, vel me tacente, ſatis ſuperq́ teſtatum faciunt. Nec quicquam ferè eſſe video, in quo maiorem reprehenſionis notam incurrant, tum ſuperioris ætatis, tum temporis noſtri Doctores non pauci, viri alioquin eruditione præſtantes, & nominis fama haud incelebres, quàm quòd Commentatoribus ſuis & Gloſſographis plus æquo deferentes, omnem aliarum artium & diſciplinarum, imprimis verò hiſtoriarum noticiam, ceu rem, Iuriſconſulto non neceſſariam, magno ſupercilio contemnant atque reijciant. Cùm tamen (ſi verum fateri liceat) & rerum magiſtra experientia doceat, & Anteceſſorum Iuris pars, ſi non maior potior certè comprobet, nullam diſciplinam, nullam profeſsionem eſſe, quæ maiorem antiquitatis & hiſtoriæ lucem ſuo quaſi iure ſibi vendicet, quàm hæc ipſa, quæ omnium gentium conſilijs & actionibus moderandis vacare ſolet, Iuris legumq́ ſcientia. Quamuis enim commune quoddam ſit humanæ calamitatis theatrum hiſtoria, in qua cuiuſcunque ſtatus ac ordinis hominibus variorum caſuum documenta, velut in illuſtri loco poſita, contemplari, vnde quæ imitanda ſint depromere, quæ fugienda, præcauere liceat: in his tamen peculiarem rerum in orbe geſtarum cognitionem requiri, quibus vel ob loci & conditionis ordinē capeſſenda eſt aliquando Reipublicæ cura, vel à quorum iſti conſiliis nutuq́ dependent (id quod Nobilium & Iuriſperitorum munus in aulis præcipuum eſſe videmus,) nullus vnquam ſanæ mentis ibit inficias: vt non immeritò illuſtrem patriæ noſtræ Iureconſultum, D. VVOLFFGANGVM HVNGERVM piæ memoriæ, affinem meum ſummè obſeruandum, crebrò affirmare ſolitum ferant, Iuris ciuilis prudentiam, hiſtoriarumq́ lectionem, habita præſertim iuſta ac diligenti temporum inter ſe, ac ſtudij vtriuſque collatione, ad formandum hominem politicum reiq́ publicæ maximè idoneum gubernatorem, pari excolendam ſtudio. Ex hiſtoriis namq́ velut ex diuite quodam copiæ cornu affatim Iureconſultis ſuppetunt, quibus præcipuas hominis politici dotes, ἕξιν πολιτικὴν καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικὴν non orationis ſolùm, & grauiſsimarum ſententiarum ſplendore illuſtrent, ſed diuerſis quoque variorum euentuum ac conſiliorum exemplis poliant atque adaugeant. Hinc ijdem præ cæteris velut in ſpeculo, quod contemplentur, habent, quæ veterum Iura, qui populorum

mores

mores, quę conſuetudines, quales Rerumpublicarum ſpecies celebrioribus in locis multorum retrò annorum curriculo viguerint: quibus artibus, quáue diſciplina ampliſſima hinc inde imperia ad ſummum maieſtatis apicem penetrarint: qua viciſſim vitiorum labe, quibus ſceleribus è ſumma felicitate florentiſſimoq́ ſtatu ad imas calamitates pręcipitata conciderint. Hęc omnia ſi Regum Principumq́ conſiliarij, Rerumpublicarum Aduocati, huiusq́ generis alij, quibus demandata eſt adminiſtrandę Iuſtitię cura, ex hiſtoriarum lectione in promptu manuq́ ſemper habeant, haud difficulter tum ipſi intelligent, quibus adminiculis Reipublicę ſtatus ſaluus & incolumis conſeruari, quibus rurſus labefactari peruertiq́ poſſit: ſed & aliorum patrocinium ſuſcepturi, quid amplectendum, quid omittendum ſit, cautè proſpicere, tum ex prẹteritorum euentuum ſimilitudine conſilium de futuris capere poterunt. Quo ſanè quid ad conſeruandum principum erga ſubditos amorem & beneuolentiam vtilius, quid ad ſubditorum erga Principes fidem & obſeruantiam retinendam augendámque aptius, quídue ipſi conſultori Iureconſulto honorificentius eſſe poſſit, non video: apud imperitam pręſertim multitudinem, vel non apprimè verſatum in literis magiſtratum verba cùm facienda ſunt: quorum pleroſque exemplis magis quàm rationibus moueri, illuſtre eius rei teſtimonium in Menenio Agrippa cernimus: qui, vt Liuius author eſt, apud Romanos olim vnico eoq́ ridiculo apologo concitatę plebis animos patribus conciliaſſe, Romanamq́ Rempub. iam iam inteſtina ſeditione belloq́ ciuili collapſuram conſeruaſſe dicitur. Atque hęc quidem hactenus de his, qui in principum aulis foroq́ verſari cupiunt. In ſcholis verò & legum profeſſione pręclari nominis famam ambientibus, quantum conferat cognitam habere Iuris originem, noſſe temporum ſeriem, non ignorare, quibus authoribus, quibus conſulibus, quo menſe, quo die vnaquęque Codicis conſtitutio prodierit: quę Pandectarum leges ex quibus veterum Iuriſconſultorum ſcriptis deſumptę, in quos libros Digeſtorum diſtributę, quibus titulis, quóue ordine inſertę, quę priores ſint, quę poſteriores, quę quibus abrogent vel derogent: certius eſſe puto, quàm vt quiſquam ſanę mentis ambigat. Neque eam ob cauſam hęc à me inſtituta eſt oratio, vt de hiſtoriarũ vel dignitate vel vtilitate iam ante ſatis ſuperq́ cognita pluribus diſſererem: ſed vt earundem plus ęquo rigidis contemptoribus ſummo, quod aiunt, digito demonſtrarem, non vſque adeo alienas eſſe à profeſſione Iuris hiſtorias, vt quantum quiſq́ in illarum lectionem temporis & otij contulerit, tantum operę & olei fruſtrà conſumpſiſſe cenſeri debeat: nec infrugiferas adeò nulliusq́ ponderis, vt Iureconſulto indignę, vel ſaltem non neceſſarię, meritò videri poſſint: cùm exempla pręſertim non pauca ſuperſint, ex quibus ſanioris iudicij Lectores haud difficulter coniecturam faciunt, quantis errorum ambagibus doctiſſimi quiq́ ſuperiorum temporum Commentatores Annalium Faſtorumq́ ignoran-

 tia, tum

tia, tum ipſi implicati fuerint, tum alios, vt in eaſdem inſcitię ſalebras impingerent, nominis authoritate ſeduxerint. Solus Accurſius tantę celebritatis, tantę eruditionis Gloſſographus, quàm miſerè ſeſe torqueat, quàm fœdè nonnunquam hallucinetur, ſi quid ex antiquitate longiùs repetitum occurrat, vulgatus ille, non tamen contemnendus error, in l. De qua re ff. de inoffic. teſtamen. (vbi pro M. Aelio Antonino & L. Vero Diuis fratribus, Seuerum & Antoninum, patrem & filium, hosq́ tempore poſteriores falsò ſubſtituit) non obſcurè comprobat. Quoties enim in abſtruſioribus hiſtoriarum locis lapſum putes, ſi in his ſibi non conſtat, quę & leniora ſunt, quàm vt veniam mereri debeant: & in ipſis legum textibus toties ſeſe offerunt, vt vix Dupondium, nedum contra iuris tenebras paſſim occurrentem Accurſium latere potuiſſe videantur, velut manifeſta habemus allegati erroris veſtigia, in l. Qui in prouincia. 57. §. in libro. ff. de ritu nupt. l. Diuus Martus & Verus. 24. de tutor. & curato. dat. ab his l. Si duas. 6. §. Magiſtratus. al. Remittuntur. de excuſat. tutor. l. Iam hoc iure. 4. in principio. de vulgar. & pupill. l. Fideicommiſſa §. fin. de legat. 3. l. 1. §. Quęri poterit. de ſuis & legit. hęred. l. cum quaſi. 30. §. Si alter. de fideicommiſ. liberta. & ſi quę forſan ſunt adhuc alia, in quibus expreſſa ſit M. Antonini & L. Veri mentio. Sic Magnus ille Bartolus vnà cum pręcipuis Interpretum coryphæis, quàm ridiculè fallitur in l. fina. C. de inſtitut. & ſubſtitut. dum ex illis quidam non veriſimile eſſe putant, quod Papinianus de caſu l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtitut. dubitauerit: non animaduertentes prędictam l. precibus, Diocletiani & Maximiani tempore, circiter annum à nato Chriſto CCLXXXVII. latam eſſe: cùm Papinianus Antonini Caracallę iuſſu è medio ſublatus, anno Chriſti CCIIII. inter ſuperos eſſe deſierit. Alij certiora ſibi cum Paulo Caſtrenſi promittentes, prioribus tamen magis decepti, non mirandum eſſe opinantur, etſi de dicta l. precibus Papiniano nihil conſtiterit: vtpotè qui Antonio & Octauiano imperantibus vitam egerit. Quo vt nihil poteſt eſſe abſurdius (ducentis enim ferè annis ętatem Papiniani iſtorum pręcedit ſupputatio, cum Bartoli & aliorum opinio annis octuaginta plus minus non reſpondeat) ita facilè deprehendas, partim nominũ ęqualitate deceptos, partim Faſtorum inſcitia ſeductos, à veritatis aberraſſe tramite. Poſſem huius farinę plura in medium adducere, ſed (vt ętas hęc noſtra plena eſt omnibus & blattis & fucis, virulentiori morſu graſſantibus Zoilis) non abſque cauſa vereor, ne carpendi ſtudio potius, quàm confirmandę ſententię meę gratia in commemorandis tantorum virorum erratulis diutius ſubſtitiſſe videar. Adhęc iam dudum poſtulat neceſſitas, vt de inſtituti noſtri rationibus, vſu & vtilitate nonnihil diſſeram. Non enim dubito, futuros eſſe, qui vt hiſtoriarum lectionem non vſquequaque contemnendam cenſeant: meum tamen in colligenda hac Symphonia ſtudium & operam maiori ex parte non neceſſariam clamitabunt:

mitabunt: tot præſertim doctiſſimorum virorum lucubrationibus in eodem argumenti genere paſſim hinc inde publicatis, vt qui laboribus iſtorum non contentus, noua proferre cupiat, is planè poſt Homerum Iliada, quod aiunt. Si qui ſunt igitur, qui ſuſcepti Operis cauſam ex me audire cupiunt, his ante omnia illud perſuaſum velim, adeò nihil noua opella hac mea doctioribus eiuſdem materiæ monumentis vel additum vel ademptum eſſe, vt ſi colligendi laborem & qualemcunque diſpoſitionis ordinem excipias, perpauca ſint, quæ mihi vendicem. Cætera omnia ab iiſdem tanta religione, tantáque cura in horreum noſtrum translata liberè fateor, vt non in rebus modò fidem illorum & iudicium: ſed in verbis quoque ſtructuram & ordinem ſtudioſè plerumque ſecutus ſim. Idq́ non alio conſilio, quàm vt ea quæ de præcipuis hiſtoriæ Iuris partibus, doctè quidem & eleganter, ſparſim tamen & per partes tractata prodiiſſent, in vnum Symphoniæ corpus, iuſtamq́ temporum conſonantiam meo ſtudio redacta, minori tum ſumptuum, tum laborum diſpendio comparari à ſtudioſis Legum addiſciuè poſſent. Atque vtinam vel temporis tantum habuiſſem, quantum ad hoc argumenti genus excolendum requiri nemo dubitat, vel Bibliotheca ſaltem ad manum fuiſſet inſtructior: oſtenſurus profectò eram, me nec ſine cauſa, nec abſque fructu poſt tantæ eruditionis viros in eodem verſatum negotio. Iam verò dum partim praxis addiſcendæ gratia Strubingam primò ad Illuſtriſſimæ C. T. Tribunal ſeu Regimen (vt vocant) Ducale, pòſt Spiram eadem de cauſa, opere vix tum delineato ablegatus, abſque libris rebusq́ neceſſariis motoriam fabulam perago: partim Typographorum precibus ob inſtantes nundinas concedendum nonnihil ratus, inſtituti mei vela omnibus in locis contraho: vix vmbram cœpti laboris proferre licuit. Interim tamen quantum in hac tum temporis anguſtia, tum librorum penuria fieri potuit, nihil omiſſum eſt, ex quo vtilitatis aliquid ad cupidum Iuris & hiſtoriarum lectorem redundare poſſe cernerem. Vtq́ exemplis ex ſingulis Symphoniæ partibus deſumptis rem ſic ſe habere comprobem: non contenti in prima columna vſitatis Auguſtorum nominibus, elogijs, perpetuoq́ ſucceſſionis ordine, à Iulio Cæſare ad Maximilianum II. Sereniſſimum Imperatorem noſtrum nuſquam interrupta ſerie decurrente, illud inſuper à nemine, quod ſciam, tentatum hactenus diligenter obſeruauimus, vt quas quiſque Conſtitutiones edidiſſet, quarum in Codice Iuſtinianeo memoria ſupereſſet: illæ omnes ſuis vbique authoribus, tribus diſtinctæ claſſibus, accederent. In quarum primam, quæcunque certum diem & conſulem ſubſignatum præferebant, obſeruata annorum, menſium & dierum ſucceſſione, contulimus: vt ex harum ſupputatione conſtaret Legum Candidatis, quæ priores tempore, quæ poſteriores eſſent. Hæc enim ſcitu apprimè neceſſaria, vbi de legum abrogatione vel derogatione diſputationes

Imperatorum columna, eiusque diſpoſitio & vtilitas.

incidunt,communi Doctorum calculo iamdudum comprobatum legimus. Præterea mutata eſt per tot ſecula hominum conditio, mutatæ Reſpublicæ, mutata ſcribendi phraſis. In qua rerum viciſſitudine nihilo felicius verſabuntur Studioſi,quàm in Labyrintho ſine filo Theſei, niſi Authores Iuris diſcernant & tempora. Secunda claſsis illarum Conſtitutionum libros & titulos,numeris deſignatos,continet,quarum ſubſcriptiones non quidem omiſſæ ſunt,ſed quas partim mutilas,partim inſcriptioni contrarias,partim ob duplicem conſulum vel dierum notam incertas,partim etiam Typographorum incuria deprauatas, in his ipſis, quibus vſi ſumus FRANC. DVARENI & ANTON. CONTII Codicibus deprehendimus. In quibus vt (ad temporum cognitionem quod attinet) non eadem fortè ſit cum primæ claſsis conſtitutionibus vtilitas: in eo tamen, quòd pleraſque Corporis Duarenici mendas tum ipſi ſuſtulimus,tum alijs acutioribus reſtituendas digito quaſi monſtrauimus,eadq; ratione hîc non minus quàm in cæteris Symphoniæ noſtræ partibus ſyluam Studioſis copioſam ſubminiſtrauimus, cuius ope non tam in recentioribus Codicis exemplaribus, quæ emendanda erant, auferant: ſed antiquiora etiam (ſi qui ſunt,quibus noua comparare non licet) tanta paulatim acceſsione reſtaurare poſſint, vt recentiorum vices abundè ſupplearit: rem nos multis nec ingratam nec infrugiferam præſtitiſſe credimus. In tertiam poſtremamq́; claſſem Conſtitutiones, omni prorſus ſubſcriptione carentes, reiecimus: idq; eam ob cauſam tantum, vt quibus Imperatoribus eſſent aſcribendæ,certius conſtare poſſet. Quamuis enim non ignorem,ſingulis in Codice legibus ſuos authores iam ante inſcriptos: cum tamen eiuſdem nominis plures hincinde occurrant, nullis alijs vel notis vel numeris, imò ne prænominibus aliquando ſatis diſtincti: fieri non poteſt, quin nominum illa æqualitas imperitis Annalium Lectoribus ſæpiſsimè imponat. Exemplum ſit in Imperatore Antonino, qui in ducentis amplius Conſtitutionibus his ſolum verbis: IMP E. ANTONINVS, inſcriptus legitur. Cæterùm cùm Antoninorum nomen multis commune fuerit, veluti habemus T. Fuluium Antoninum Pium, M. Antoninum Philoſophum, M. Antoninum Commodum, M. Antoninum Caracallam, M. Antoninum Heliogabalum, &c. non video, qua ratione temporum & ſucceſsionum ignarus,ex nuda Conſtitutionum inſcriptione diſcernere poſsit, cui ex prædictis generale Antonini nomen competat. Accedit his alia difficultas,in qua Delium natatorem non minus quàm in præcedentibus requiras: cùm ſcilicet vnum idemq́; nomen inter duos pluréſue Auguſtos vel Cæſares interdum præcedere, nonnunquam ſubſequi, iam primo,mox vltimo loco collocatum inuenies. Ponamus (verbi gratia) de Conſtantij lege quadam dubitari, cuius nomen inter tres alios AA. & CC. primo loco adſcriptum habemus in l. prima. titul. 12. lib. 3. Cod. his verbis

bis: IMPP. CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS. AA. SEVERVS ET MAXIMIANVS. NOBB. CC. &c. Eiuſdem Conſtantij nomen inter duos Auguſtos in medium receptum in leg. 1. titul 8. libr. 1. ſeſe offeret, hoc modo: IMPP. CONSTANTINVS, CONSTANTIVS ET CONSTANS. Idem rurſus in ordine primum eſt cum Conſtante, in l. 2. titu. 1. libr. 5. Hoc ipſum denique, ſine aliorum nominibus in l. 1. titu. 10. lib. 1. & paſſim per 20. titulos plus minus occurret. Iam ſi quis ex ſolo Codice, vnus ne an plures fuerint, ſententiam ferre debeat: is multum operæ, multum olei inſumat neceſſe eſt, donec tandem deprehendat, in tit. 12. Conſtantium Chlorum, Magni Conſtantini patrem, in reliquis Chlori nepotem ſubintelligendum eſſe. Succedunt Imperatoribus Conſules à Iulio Cæſare ad Iuſtinianum deducti: hunc enim locum, quod in Conſtitutionum ſubſcriptionibus diſcernendis mirè deſeruiant, ſuo quaſi iure ſibi vendicare videbantur. In hac columna Lector duplicem primò calculationem à duobus præcipui nominis Iureconſultis Antonio Contio & Gregorio Haloandro approbatam, in vnum corpus redactam videbit. Quadruplicem deinde annorum aſſignationem ſingulis Conſulum paribus ex vtroque latere additam inueniet. Accedunt his, ſi quæ de conſulum nominibus, ſucceſſionis, ordinis aut temporum ratione, aliter ab alijs tradita, vel alioquin notatu ſcitúque non indigna coincidunt. Illud quoque Lector obſeruabit, quot conſulum paria in ſingula foliorum ſpacia congeſta ſeſe offerent, tot annorum Conſtitutiones interdum in vna, interdum in duabus è regione columnis concurrere: repetitis in ſingulorum annorum initijs conſulum illius anni nominibus, vt primo ſtatim intuitu videre liceat, quæ Conſtitutiones, quibus conſulibus, quóue anno latæ ſint. Et hac de Conſulum vſu. de vtilitate plura ſcire cupiens, elegantem Haloandri epiſtolam, pleriſque Codicis exemplaribus annexam, perlegat. Conſu-lum columna.

Conſules tertio loco ſubſequuntur Iureconſulti, quorum tribus in locis mentionem fecimus. Veteres illos, qui poſt allatas in Vrbem XII. Tabularum leges ante Iulij Cæſaris Monarchiam floruêre, in quarta Reipub. Romanæ mutatione ſub Decemuiris enumerauimus: Recentiores, qui poſt reſtauratam à Lothario Iuriſprudentiam, Gloſſis & Commentarijs ſcribendis nomen aſſecuti ſunt, ab anno Chriſti 1150. ad noſtra tempora competenti annorum ordine deduximus, in vtriſque ſola propemodum nomenclatura contenti: tum quod de illorum vita & moribus pauca extarent, tum quod notiora horum ſcripta longiori commemoratione non indigere viderentur. In cæteris, qui Iulij & aliorum deinceps Auguſtorum temporibus vſque ad Alexandri obitum extitêre celebriores, & ex quorum ſcriptis Pandectarum leges concinnatas eſſe nouimus: eo ſumus ordine progreſſi, Iurecon-ſultorum columna.

 vt

vt qui ætate prior erat, is loco potior, reliquos præcederet. His in primis Symphoniæ collectaneis præter Elogia nihil addideram, ſed Spiram deinde profectus, ac paulò pòſt perluſtrandæ Rhenenſis oræ gratia Haidelbergam, Vormaciam, Francofurtum, & Marpurgum in Haſſiam excurrens, cum præſtantiſſimos illorum locorum Iureconſultos, DD. IOANNEM FICHARDVM, HVGONEM DONELLVM, NICOLAVM CISNERVM, SEBASTIANVM MEICHSNERVM, NICOLAVM VIGELIVM, VALENTINVM FORSTERVM, RAPHAELEM SEILERVM & alios nonnullos, de propoſito meo certiores feciſſem, pleriſque viſum eſt, haud abs re fore, ſi Pandectarum leges, eo ordine, quo à IACOBO LABITTO, viro diligentiſſimo ad ſingulos Iureconſultorum libros, ex quibus deſumptæ ſunt, referuntur, adÿcerem. Id quod à me ſumma, quo fieri potuit, diligentia ſtudioq́; factum eſt: inſertis hinc inde ſuccinctis gloſſematibus, quibus oſtenditur, quæ leges ex quibus titulis vel legibus deſumptæ, quæ concordes, quæ contrariæ, quæue à melioris notæ Interpretibus, Alciato, Zaſio, Budæo, Duareno, Cuiacio, Antonio Auguſtino, Contio, Donello, & ſimilibus reſtitutæ, emendatæ, vel nouis interpretationibus illuſtratæ ſunt. Hæc enim omnia tum à propoſito noſtro non aliena, tum ad maiorem Digeſtorum lucem & intellectum mirè conuenientia videbantur. Commoda verò huius Indicis quæ quantáue ſint, copioſè Labittus oſtendit: ad quem ſtudioſum Lectorem remittimus. Poſtremò, vt de Pontificum catalogo addam nonnihil, licet ad propoſitum noſtrum, quod Iuris Ciuilis Chronologiam præcipuè reſpicit, non admodum neceſſarius videretur (quæ etiam cauſa eſt, quod extremum locum occupet, ne quis fortè ſtudio vel imprudentia factum opinetur) quia tamen poſt Cæſarum, Conſulum, Prudentumq́; columnas, iuxta diſpoſitionis noſtræ ordinem catenæ in modum cohærentes, quarta ſupererat: haud ineptè Pontifices illuc eorúmque Decreta inſeri poſſe arbitrabar. Idq́; non tam, vt Iuris Canonici ſectatoribus ea commemoratione gratificarer, quàm vt Iuris vtriuſque coniuncta eſſet hiſtoria. De qua in lucem proferenda, cunctisq́; ſacrarum legum Studioſis communicanda, cum mecum meditarer, etſi diu animo fluctuabam, ſub cuius eam patrocinio tutelaq́; contra cauillantium morſus tutam atque defenſam in publicum emitterem: tamen cum grata iucundaq́; recordatione ſubinde recolerem, quòd in celeberrima Ingolſtadienſi Academia, quæ ſingulari T. C. liberalitate ſuſtentata hactenus, & docentium & diſcentium copia floruiſſet, huius profeſſionis & ſtudÿ rudimenta poſuiſſem, eam etiam inclyto clariſſimóque Illuſtriß. C. T. nomine præfulgente felicibus auſpicÿs prodire volui: cum quòd ingenÿ ac ſtudiorum meorum primitias C. T. rerum habenas moderan-

[margin: ...ontifi... ...m co... ...mnæ.]

moderante natas optimo Principi, patriæq́; patri, meritò dicandas ac conſecrandas eſſe ſtatuerem: tum vt debitæ meæ fidei, obſeruantiæ, venerationis & inſeruiendi promptitudinis C. T. ſpecimen aliquod hoc tempore exhiberem. Cùm etenim Illuſtriß. C. T. annos iam multos meum parentem ROCHIVM FREYMONIVM I. C. Cancellarium Berchteſgadenſem ſumma gratia & beneuolentia complexum fouerit, ornauerit, auxerit, equidem operæprecium, & ab officio grati hominis, fideliſsimiq́; ſubditi nihil alienum me facturum credidi, ſi tantorum benefactorum, meis parentibus præſtitorum, memoriam nulla obliuione non ſolùm non eſſe deletam, ingenij mei monumentis & honorifica prædicatione teſtificarer: ſed & omnia, quæ vel fortunæ beneficio, vel induſtria atque labore meo parta poßideo, cùm ad Illuſtriß. Boiorum Principum familiæ, ſummam dignitatem amplificandam, tum meæ dulciſsimæ patriæ ſalutem conſeruandam animo paratiſsimo conferrem. Vt igitur Illuſtriß. C. T. hunc primum ingenij mei fœtum, ab homine ſubiectiſsimo profectum, animo clementiſsimo ſuſceptum, contra maleuolas & virulentas Sycophantarum obtrectationes defendat, meq́; in numerum eorum, qui T. C. omni fide & obſeruantia colant ac obſeruent relatum, ſibi commendatum habeat, etiam atque etiam vehementer rogo. Opt. Max. Illuſtriß. C. T. in Neſtoreos annos felicem atque florentem conſeruet, cui me meaq́; ſtudia commendatiſsima eſſe cupio. Francofurti ad Mœnum, Cal. Septem. Anno ab incarnato Chriſto M.D.LXXIIII.

Illuſtriß. C. T.

ſubiectiſsimus

Ioan. VVolfgangus Freymonius in Obernhauſen, I. V. Doctor.

IN

IN EFFIGIEM D. IOANNIS VVOLF-
gangi Freymonij in Obernhauſen, I. V. Doctoris.



CVM iam Cæſarei decoratus Iuris honore
Ederet ingenij dona probata ſui
FREYMONIVS, Themidosq; vigil, Phœbiq; ſacerdos:
Illius hoc placido ſedit in ore decus.
Exili vultus monſtratur imago tabella,
Quanta ſed ingenij gratia, Scripta docent.

Philippus Lonicerus.

AD IVRIS CANDIDATOS AVthoris Schediaſma.

EN ſtudioſa cohors ſinuoſa volumina legum,
Quæ vigili verſas nocte dieq́; manu,
Primus in ignotas liber hic meus euolat oras,
Et nouus in lucem mittitur ille nouam.
Scilicet vt minuat tibi curas, vtq́; labores,
Scilicet vt ſtudiis conſulat ille tuis.
Hic ſcopus, hæc cauſa eſt. Quæ ſi tibi iuſta videtur,
Dignaq́; quam vultu candidiore probes:
Non labor vllus erit, non vlla moleſtia poſt hac,
Quæ mihi difficilis, quæ grauis eſſe queat.
Si quid ſuggeſſit dignum calor ille iuuentæ,
Tempera ſi quicquam poſteriora ferent:
Candidus in medios producam qualibet vſus,
Cedent communi cunctaq́; noſtra bono,
Sum iuuenis (fateor) iuuenilia ſcripta reuolues,
Et multis forſan perpolienda locis:
Attamen & iuuenum ſtudiis mea ſeruit opella,
Vir factus ſcribam conſpicienda viris.
Et, niſi me fallit ſpes non mala, Lector habebit
Doctior, hic lectu quæ quoque digna putet.
Comprobet vtq́; parum, qui nil probat, improbus eſto,
Aſt tamen è multis forſitan vnus erit,
Cui placeat ſtudium, placeat cui prompta voluntas,
Et qui conatum laudet ametq́; meum.

IDEM AD MOMVM.

SCire cupis timeam tua cur non ſcommata, curue
Non verear dentes improbe Mome tuos?
In promptu cauſa eſt. Vel enim tibi diſplicet illud,
Noſtra quod ex aliis ſcripta referre ſolent:
Hinc mea quæ non ſunt, mihi non nocitura putabo:
Non etenim quenquam culpa aliena grauat.
Aut labor eſt noſter, ſtomachum qui commouet, vnde
Falleris, incaſſum rurſus & arma capis.
Nam qui laudarunt Opus hoc, tibi, Zoile, poſſum
Siſtere tot celebres cognitione viros:
Vt ſi contemnas, quod tantus comprobat ordo,
Te quiuis Momum ſentiat eſſe puer.

ROCHIVS FREYMON IN OBERNHAVSEN, I. V. Doctor, & Cancellarius Berchteſgadenſis, parens Authoris.

STemmata qui tantùm longis deducit ab annis,
Quàmue ſit, oſtentat, titulis decoratus auitis,
Hunc aliena iuuant: fumum ſectatur & vmbram.
Virtus non ſanguis generoſos reddit: Ad illam
Dirige tu curſum: ſic nobilitatis honorem,
Sic tandem poteris decus immortale mereri.

STEPHANVS STVRMIVS, I. V. DOCTOR, & Cameræ Imperialis Aſſeſſor.

TEr magnus Macedo iuuenilibus egerat annis,
Quæ non ter palmes præualuêre ſenes.

Sic quoque pertenui FRETMON lanugine præſtat,
Quæ iam grandæui non potuêre viri:
Inclyta dum luſtrat ſacrati dogmata Iuris,
Condecorans patrij Boïa regna ſoli.
Hat ſibi qui teretit rapiat virtutis honores,
Attyla, nec Totylas, nec Saladinus erit.
Euge Arethuſa, Iouis fac hac ſacrata iuuentus
Auriferis de hortis aurea dona ferat.

IACOBVS STREITTIVS, I. V. LICENTIATVS, & Cameræ Imperialis Aduocatus.

INtactum noſtris prius excultiſſime FREYMON,
Temporibus lator te reperiſſe modum.
Quo licet arma foro tribuas: tamen inde medelam
Et miſeræ partes, quo tueantur, habent.
Virgilium laudet carmen, facundia Marcum,
Oblectant, fateor: nos tua ſcripta iuuant.
Hinc tibi gaudebis partum indelebile nomen.
Cætera cum pereant, fama perennis erit.
Et fuerit doctis nullius cauſa laboris
Hic liber, indoctis maximus artis honos.
Huc igitur facilis legum ſtudioſa iuuentus
Currito: pro cunctis hic ſatis vnus erit.

CONRADVS VVEISSIVS PATRIcius Francofurtenſis.

GRatulor an'ne tibi, dubito, num Iuris alumnis?
O Freymoniacæ ſtella coruſca domus.
Quis ſatis ingenium ſacrati iuris & artes
Laudet, queîs polles IANE diſerte ſacras?
Non tibi ſe virtus, non magna ſcientia rerum
Occulit, aut quicquid Iuſtinianus habet.
Te Themis alma ſacris pridem nutriuit in hortis,
Quod tua teſtantur ſcripta probata, forum.
Ingenium mentemq́; tuam ſic omnibus ornas
Artibus, vt ſummum hoc tu decus eſſe putes.
Viue igitur felix, Iuris diuine ſacerdos,
Pergito ſic trepidis vtilis eſſe reis.
Perge iuuare ſcholas, ſtudioſam perge iuuentam
Ingenio promptus, IANE, iuuare tuo.

CHRISTIANVS EGENOLPHVS Francofurtenſis, P. L.

NOuimus æthereas iuſto moderamine leges
Humanis frenum moribus eſſe datas.
Hoc de fonte velut cunctas manaſſe ſecutas
Quis, cuius careant pectora fraude, neget?
Nimirum hoc Ius eſt, quod nos Natura magiſtra
Edocuit, morum regula grata Deo.
Hinc aliæ leges vno ſunt tempore latæ,
Et gentes quæuis ius habuêre ſuum.
Dogmata Romuleis veteres imitanda Pelaſgi
Patribus, auguſto præpoſuêre foro.
Cecropidûm exemplo doctis ſcripsêre Quirites
Iura ſua, & Roſtris adſtituêre ſuis.

Hine

Hinc alias deinceps ſummi poſuêre Monarchæ,
Creuit vbi iuri fraus inimica ſacræ.
Vnus adoptantis Iuſtini maximus hæres,
Non minimum hoc ipſo nomine laudis habet.
Namq; hic prudenter, nullus queis legibus ordo
Antè erat, has apta diſtribuit ſerie:
Suſtulit ambigui ſinuoſa volumina Iuris,
Illaq; legitimum iuſſit habere modum.
At minimum eſt leges nouiſſe, & condita iura,
Condita ni, quo ſint tempore quæq; ſcias.
Sæpè hoc optans: Tandem Dea riſit amica,
Faſtorumq; nouum, dixit, habebis Opus.
FRETMONVS veterum voluet primordia legum,
Dextraq; æternum continuabit Opus.
Vaticinata Dea eſt. Breuior ſpe labitur hora,
Faſtorum Iuris nobile ſurgit Opus.
FRETMONE antiquis ergo annumerabere Faſtis,
Quo tantum Auſonium Ius duce nomen habet.

FINIS.

AD

AD LECTOREM.

ETSI nunquam fuerit animus, amice Lector, talem Iuris hiſtoriam contexere, in qua quicquid vlla ratione de Legum Romanarum origine gemino, quod aiunt, ab ouo repeti poſſet, contineretur: tum quod præcipui nominis Iurecconſultos in hoc ſcribendi genere magna cum laude iam antè verſatos eſſe, non ignorarem: tum quod inſtituti noſtri ratio, his potiſsimùm legibus & conſtitutionibus, quæ poſt conditam à Iulio Monarchiam promulgatæ, & Pandectarum Codicisque libris à Iuſtiniano inſertæ ſuperſunt, deſeruiat. Ne quid tamen hac quoque in parte deſideraret Studioſa Iuuentus, Summam quandam omnium temporum, à primis mundi ætatibus & Monarchiis exorſi, perque Troianos Latinosque Reges, ac ſingulas deinceps Romanæ Reipub. mutationes ad Imperij & Symphoniæ noſtræ initium progredientes, deduximus. In qua, vt nihil aliud, Iuris tamen Ciuilis præcipuas partes, earumque occaſionem, originem progreſſum & ordinem velut in tabula depictam, contemplari poteris. Bene vale, & laboribus hiſce noſtris fruere.

ÆTATES MVNDI, A PRIMIS ANNIS ORBIS CONDITI AD CHRISTVM VSQVE, OBSERVATO TEMPOrum & ſucceſſionum ordine, deducta.

QVI omnium ætatum & annorum mundi ſummam quandam annotarunt, non vna ratione temporum articulos & interualla colligunt: aliter enim Hebræi computum ineunt, aliter Græci, aliter Latini: & ex his alia veteribus, alia recentioribus placuiſſe videmus. Inter Hebræos Baalſeder Holam, à mundi procreatione vſque ad euerſionem templi ſub Veſpaſiano, numerat annos 3558. ex quibus ad Chriſti Saluatoris natalem remanent 3516. Talmudici ab orbe condito ad Chriſtum natum habent annos 3784. Rabbini recentiores numerant à mundi initio annos 3760. menſes quatuor. Rabbi Naſſon in lib. de Cyclo Paſchali computat annos 3740. Rabbi Leui in 12. Danielis 3786. annotauit. Rabbi Moſes Gerunduſ. annos 4058. menſes quinque ponit. Apud Ioſephum annos 4102. menſes 6. dies 10. inuenire licet. Apud Græcos Metheodorus 5000. annos ſupputauit. Euſebius 5190. Theophilus Antiochenus ad Autolichum 5476. Latini veteres annos mundi ad Chriſti aduentum ita ferè ad calculum reducunt: Hieronymus in Quæſt. Hebr. numerat annos 3941. Auguſtinus 5351. Iſidorus 5. Etymologiarum 5210. Oroſius idem quod Euſebius ſtatuit. Beda in lib. de ratione temporum, cap. 22. 3952. Aſtronomi 5328. Alphonſus 5984. Ex recentioribus Latinis approbant plerique annos 3974. menſes 6. dies 4. alij 3954. nonnulli 3960. quidam 3969. ſuntque ferè tot de annis mundi ſententiæ, quot ſcriptores. Cauſam diſcrepantium opinionum inter Hebræos, & cæteros, illam inuenio, quòd traditionibus ſuis nimium addicti, aliter numerum annorum annotare ſolent, nonnihil etiam indulgentes odio, quo Chriſtianos hebdomadas Danielis ad Chriſtum pertinere differentes, proſequuntur. Illarum enim ſeptuageſimam in diem, quo à Tito Cæſare templum euerſum eſt, cadere aſſeuerant, & Chriſtum, quem Daniel poſt 69. hebdomadas occidendum prædixerat, Agrippam Herodianorum poſtremum interpretantur, idq; vt euincant plurimos annos Perſarum, Græcorum, & Machabæorum Imperijs aſtutè ſurripiunt. Quòd verò Græci & Latini non eadem ſemper tradant, primò illud in cauſa eſt, quòd corrupta Septuaginta Interpretum exemplaria (quæ in 5. cap. Geneſeos pro centum an-

nis ducentos ſemper habent, eaque propter mille ducentis & quadragintanouem annis redundant) pleroſque ſecutos eſſe conſtat. Deinde, quia annos Hebræorum ſupputarunt quaſi lunares, vt Iulius Africanus, libro quinto de ratione temporum, Hippolytus martyr in temporum Canonibus, Euſebius libro octauo de demonſtrat. Hieronymus in nono capite Danielis, Auguſtinus epiſtol. ſeptuageſimaoctaua, Beda in Commen. 2. libr. Ezr. capite decimoſexto. Cauſa demùm controuerſiæ, quæ inter Hebræos & Latinos recentiores vertitur, dependet vt plurimum ex annis ſeptuaginta captiuitatis Babylonicæ, & hebdomadis nonagintanouem Danielis, quarum initia alij aliter deducunt, & diſcerpantes Græcorum Latinorumque hiſtorias ſecuti, ducentos, & ampliùs, annos Perſarum Imperio falsò tribuunt. Quo conſtituto, longo poſt Cyrum tempore hebdomadas auſpicari coguntur, vt illæ nimirum in Chriſti Paſsionem præfinitè incidant. Hæc ferè Genebrard.

AETAS

Initium ætat. *Aetat. finis.*

AETAS MVNDI PRIMA.

ADAM Protoplaſtum & omnium hominum primum finxit è limo Deus ad extremum diei ſexti, quod erat initium diei ſeptimi à mundo condito, velut habemus Geneſ. 1. Ab hoc Adam prima ætas ad diluuium vſque extenditur, haberque ſecundum Hebræos ann. 1656. ſecundum Septuaginta 2242. vel (vt D. Auguſt. & Hieronymus emendandum cenſent) 2256.

Ordo & ſucceſſio annorum primæ Aetatis, iuxta Hebræos.

ADAM protoplaſtus. Adam genuit Seth, anno ætatis ſuæ 130. vel 230. ſecundum Septuag. Seth genuit Enos anno 105. Enos genuit Cainam an. 90. Cainan genuit Malaleel an. 70. Malaleel genuit Iared an. 65. Iared genuit Enoch an. 162. Enoch genuit Mathuſalem an. 65. Mathuſalem genuit Lamech an. 187. Lamech genuit Noë an. 182. Noë in diluuio natus erat annos 600. *Diluuium.*

Summa annorum Aetatis primæ M.DC.LVI. dies VI.

AETAS SECVNDA.

Secunda ætas incipit à diluuio, ab eo ſcilicet anno, quo Noë ex arca egredi iuſſus eſt, & durat ad natiuitatem Abrahæ, continens annos ſecund. Hebræos 293. dies 10.

Ordo & ſucceſſio temporum Aetatis ſecundæ.

NOE. Diluuium durauit an. 1. & dies 10. Sem filius Noë genuit Arphaxad à diluuione anno 2. Arphaxad genuit Sale (alij Caininam ſecundũ hic ſubſtituunt) an. ætatis 38. Sale genuit Heber an. 30. Heber genuit Phaleg an. 34. Phaleg genuit Rehu, al. Ragau, an. ætat. 30. Rehu genuit Saruch, al. Seruch. an. ætatis 32. al. in vulgatis Codic. an. 35. Saruch genuit Nahor an. 30. Nahor genuit Thare an. 29. Thare genuit Abram an. 70. *Natiuitas Abrahæ.*

AETAS TERTIA.

Aetas tertia ab his, qui ſex ætates vſque ad conſummationem mundi conſtituunt, in primum Dauidis annum extenditur, ab alijs, qui in ſeptẽ ætates annos mundi diuidunt, in exitum ex Aegypto protendi ſolet. *Regnum Dauidis.*

Exitus ex Aegypto.

Ordo & ſucceſſio temporum Aetatis tertiæ.

ABRAHAM. Abraham genuit Iſaac anno ætatis ſuæ 100. Iſaac genuit Iacob anno 60. Iacob deſcendit in Aegyptum natus annos 130. Iacobæi manſerunt in Aegypto annis 430.

Summa annorum Aetatis tertiæ DCCXX.

AETAS QVARTA.

DAVID. Aetas quarta deducitur à quibuſdam à tempore Dauidis ad captiuitatem Babylonicam, ab alijs exitus ex Aegypto principium, Salomonis templum finis conſtituitur. *Captiuitas Babylonica.*

Ordo & ſucceſſio temporum Aetatis quartæ.

MOYSES. Moyſes populi ex Aegypto educti Rempub. in deſerto adminiſtrauit annis 40. Ioſue, Iudas, & Othoniel annis 40. Aiod ambidexter cum interregno, annis 80. Debora & Barac an. 40. Gedeon an. 40. Abimelech eius filius an. 3. Thola an. 23. Iair an. 22. Inde nullum ducem habuerunt vſque ad Iephten an. 18. Iephte an. 6. Abeſan an. 7. Ahialon an. 10. Abdon an. 8. Samſon an. 20. Heli Iudex idemque Sacerdos, an. 40. Samuel & Saul regnârunt an. 40. Dauid imperauit an. 40. Salomon templum ædificare cœpit anno regni 4. *Templum Salomonis.*

Summa annorum huius Aetatis CCCCLXXX. & totidem numerat lib. 3. Reg. cap. 6.

Initium ætat. | Finis ætat.

AETAS QVINTA.

Quinta ætas incipit apud quoſdam à tranſmigratione Babylonis, deſinens in natalem Chriſti. Ab alijs à Salomonis imperio vſque ad captiuitatem protendi ſolet.

Ordo & ſucceſſio annorum quintæ Aetatis.

SALOMON. Salomon regnauit adhuc annis 36. Roboam 17. Abia an. 3. Aſa an. 41. Ioſaphat an. 25. Ioram an. 8. Ochozias an. 1. Athalia Regina, Achab ſoror, ann. 7. Ioas an. 40. Amazias an. 29. Ozias, qui & Azarias, an. 52. Ioathan an. 16. Achaz ann. 16. Ezechias au. 29. Manaſſes an. 55. Amon an. 2. Ionas an. 2. Ioachas menſibus 3. Ioackin Eliachim an. 11. Ioachim Ieconias menſibus 3. Captiuitas Babylonica.

Summa annorum CCCCXIX. menſ. VI.

REGES ISRAEL.

Hac quinta ætate regnauit in Samaria poſt ſciſſum Dauidis regnum, Hieroboam filius Nabat de tribu Ephraim, an. 22. Nabad ann. 2. Baſa de tribu Iacharis an. 24. Ela an. 2 Ambri diebus 7. Amri ann. 12. Achab an. 22. Ochoſias ann. 2. Ioram an. 12. Iehu ann. 28. Ioachas an. 17. Ioas an. 16. Hieroboam filius Ioas an. 41. Zacharias menſ. 6. Sellum menſe vno, vel diebus 28. Menachem Tarſenſis ann. 10. Phaceias Romeliæ an. 20. Oſee filius Ela ann. 9.

Summa annorum CCXLI. menſ. VI. dies VII.

AETAS SEXTA.

Sextam ætatem à Chriſti natiuitate ordiuntur nonnulli: alij à tempore captiuitatis Babylonicæ, quorum talis eſt computatio.

Ordo & ſucceſſio Aetatis ſextæ.

Captiuitas Babylonica. Tempus captiuitatis fuit annorum 70. à ſeptuageſimo captiuitatis anno ad Chriſtum numerant hebdomadas 69. hoc eſt, annos 483. CHRISTVS.

Summa annorum huius ætatis DLIII.

SACERDOTES ET DVCES, PER QVOS hac ſexta ætate adminiſtrata eſt Reſpub. Iudaica.

Ieſus filius Ioſedech, Ioachim, Eliaſib, Ioiada, Ioathan, Iaddus, qui occurrit Alexandro Magno, Zorobabel, Meſullam, Hanania, Berechia, Onias Priſcus, Simon Priſcus, Eleazarus, Manaſſes, Simon Iuſtus, Onias, Haſadia, Eſaia, Haſmoni, Mathatia.

Sub his lapſi ſunt anni plus minus CCLXXX. Deinde deuolutum eſt Sacerdotium ad Machabaos.

Mathatia an. 1. Iudas Machabæus an. 4. Ionathan an. 18. Simon an. 8. Ioan. Hyrcanus Simeonis filius an. 31. Ariſtobolus ann. 1. Alexander crudelis ann. 1. Alexandra eius vxor an. 9. Hyrcanus an. 34. Herodes Aſcalonita an. 37.

Summa omnium annorum ab orbe condito ad natum Chriſtum ſunt anni MMMMCXXI. menſes VI. dies XVI.

MONARCHIAE MVNDI.

In Monarchijs non minus, quàm ætatibus mundi, earumque temporibus aſsignandis vehementer authores variant. Nos, quod ad Regum nomenclaturam temporumq;

ſeriem attinet, primò ea proferemus, quæ partim ipſi apud probatos authores obſeruauimus, partim ab alijs, ex Euſebio, Iuſtino, Beroſo, Metaſthene, & ſimilibus annotata inuenimus. Deinde præcipui nominis Hiſtoricos, tam Græcos, quàm Latinos, prout ſibi inuicem ab initio mundi ad noſtram ætatem vſque ſucceſſerunt, ſubiungemus: vt habeant, qui certiora de vnaquaque Monarchia ſcire deſiderant, à quibus illa quóue ordine petere debeant.

PRIMA MONARCHIA ASSYriorum.

PRIMA Aſsyriorum Monarchia cœpit anno mundi 1789. anno Noë 733. anno ſalutis ex aquis 131. Durauit ſecundum Iuſtini computationem, additis Medorum Regibus, annos 1650. ſecundum alios 1636. ſecundum ſucceſsionem & tempora Regum, tam Aſsyriorum, quàm Medorum, annos 1532. Pertinnit prima hæc Monarchia ab extremo Oriente in Gallias vſque. Ioſephus.

REGES PRIMÆ MONARCHIÆ, & primò Aſsyriorum.

Num. Reg.			*Anni Reg.*	*Num. Reg.*			*Anni Regni.*
1	Ninus Iouis Beli filius, Rex primus, præfuit	an.	52	19	Bellopares	an.	30
2	Semiramis Nini vxor	an.	42	20	Lamprides	an.	32
3	Zames Nineas Semiramidis filius	an.	38	21	Soſares	an.	20
4	Arius	an.	30	22	Lampares	an.	30
5	Aratius	an.	40	23	Panyas	an.	45
6	Baleus Zerxes	an.	30	24	Soſarmus	an.	19
7	Armatrites	an.	38	25	Mitreus	an.	27
8	Belochus Baal ſacerdos	an.	35	26	Tautanes	an.	32
9	Bateus	an.	52	27	Tanteus	an.	40
10	Altadas	an.	32	28	Timeus	an.	30
11	Mamitus	an.	30	29	Dercillus	an.	40
12	Mancaleus	an.	30	30	Eupalus	an.	38
13	Sterus, al. Pherus	an.	20	31	Lachthenes	an.	45
14	Mamelus	an.	30	32	Pyriciades	an.	30
15	Sparetus	an.	40	33	Ophrateus	an.	20
16	Aſcatades	an.	40	34	Ophratanes	an.	50
17	Amynthas	an.	45	35	Ocraſapes	an.	42
18	Belochus	an.	25	36	Sardanapalus poſtremus.	an.	20

Summa annorum Imperij Regum Aſsyriorum M. CC. XXXIX.

REGES MEDORVM, QVIBVS nonnulli ſecundam Monarchiam adſcribunt.

Num. Reg.		Anni Regni.	Num. Reg.		Anni Regni.
1	Arbaces, al. Arbactus, Medorum Præfectus, qui deuicto Sardanapalo imperium ab Aſsyrijs ad Medos tranſtulit. Regnauit an.	28	6	Arceus an.	40
2	Mandanes an.	50	7	Artines an.	22
3	Soſarmon an.	30	8	Aſtibares an.	20
4	Articarmanes an.	50	9	Aſtyages an.	30
5	Arbianes an.	22		*Summa annorum Regni Medorum CCLXXXII.*	

NOMENCLATVRA HISTORIARVM primæ Monarchiæ.

PRIMAE Monarchiæ, adeoque omnium gentium ſtirpem & originem luculenter deſcripſerunt: MOYSES à creatione mundi continuam ſeriem annorum 2493. vſque ad mortem ſuam enumerans: LIBER IOSVA & IVDICVM, à morte Moyſis & inductione populi Iſrael in Palæſtinam, annorum 317. hiſtoriam referentes, vſque ad Sacerdotium Heli, & annum mundi 2810. QVATVOR LIBRI REGVM, ſucceſsionem annorum 545. complectentes, vſque ad excidium Hieroſolymæ, & migrationem gentis Iudaicæ in Babylonem, à qua vſque ad Cyri Perſarum Regis Monarchiam & annum mundi 3425. numerantur anni 70. IOSEPHVS res Iudaicas ab initio mundi vſque ad poſtremum excidium Hieroſolymæ ad annum mundi 4035. deducens. CTESIAS Gnidius, qui circa annum mundi 3964. in Cyri Iunioris aduerſus fratrem Artaxerxem expeditione captus, & propter artis Medicæ peritiam in Regis familiã aſcitus, ex Commentarijs regijs vetuſtiſsimam Regum Aſsyriæ, Babyloniæ, ac Perſiæ hiſtoriam triginta libris (authore Suida) Græcis prodidit, à Nino Rege vſque ad annum 7. poſt captas à Lyſandro Athenas deductam. Continuam quoque ſeriem 38. Regum primæ huius Monarchiæ, ordine deſcripſerunt, BEROSVS, à Nimrod vſque ad regẽ Aſcatadem, & Ioſuæ tempora: MANETHON AEGYPTIVS vſq; ad Regem Eupalen Salomoni σύγχρονον. METASTHENES reliquos bipartitæ Monarchiæ Reges, vſque ad Cyrum, & deinceps Perſicos Monarchas vſque ad mortem Alexandri Magni.

MONARCHIA SECVNDA Perſarum.

SEcunda Monarchia Perſarum cœpit à Cyro Rege, anno mundi 3425. Durauit ſub quatuordecim Regibus annos 209. vt quidam cõputant, vel annos 230. & 5. menſes, quod Regum tempora ſuggerunt. Patuit ab India vſq; in Aethiopiam per centum & vigintiſeptem Prouincias.

REGES SECVNDAE MONARchiæ Perſarum.

Num. Reg.		Anni Reg.	Num. Reg.		Anni Reg.
1	Cyrus Aſtyagis vltimi Medorum Regis ex filia nepos, de quo plura Iuſtinus, annos	30	3	Patizites & Smerdis fratres Magi, menſibus tribus.	
2	Cambyſes Cyri filius ann.	7 mẽſ. 5	4	Darius an.	36

Xerxes,

Num. Reg.		Anni Reg.	Num. Regni.		Anni Reg.
5	Xerxes, al. Aſſuerus an.	20	10	Darins nothus ann.	19
6	Artabanus, Præfectus, qui Xerxem occîdit, menſibus 7.	0	11	Artaxerxes Mnemon ann.	40
7	Artaxerxes Longimannus an.	40	12	Artaxerxes Ochus	26
8	Xerxes menſibus duobus.	0	13	Anſes ann.	4
9	Sogdianus menſibus 8.	0	14	Darius Arſani filius, cognomento Condomanus, Rex vltimus.	6

NOMENCLATVRA HISTORIARVM
ſecundæ Monarchiæ.

PERSICAE Monarchiæ Reges, resque illorum tempore geſtas, ſcriptis illuſtrarunt: METASTHENES, cuius hiſtoriam ab vltimis primæ Monarchiæ Regibus ad Alexandrũ extendi, ſuprà diximus. HECATAEVS Mileſius, Darij Hyſtaſpis & Xerxis tempore, Europæ, Aſiæ, & Africæ περιή-γησιν edidit, & Herodoto ſcribendi materiam præbuit. HELLANICVS Mytilenæus, Hecatæi hiſtoriam vſqne ad Perdicæ Regis Macedonum tempora, & initia belli Peloponneſiaci contexuit. HERODOTVS, cuius extat continua ſeries annorum 240. à Gyge Lydorum Rege (qui vnà cum Manaſſe Rege Iuda anno mundi 3246. imperare cœpit) vſque ad Xerxis & Perſarum ex Græcia fugam, quæ in annum mundi 3486. incidit. THVCYDIDES Atticns, Herodotum proximè ſequitur, & à Xerxis ex Græcia diſceſſu vſque ad annum 21. belli Peloponneſiaci hiſtoriam annorum 70. deſcribit. THEOPOMPVS CHIVS, Thncydidis hiſtoriam vſque ad prælium Cononis ad Cnidum, quod anno 10. poſt captas Athenas geſtum eſt, perduxit, resque geſtas annorum 17. libris 12. abſoluit. EPHORVS CVMAEVS Theopompi apud Iſocratem condiſcipulus, hiſtoriam annorum 750. ab Heraclidarum diſceſſu in Peloponneſum vſque ad 20. annum Philippi Macedonis reliquit. PHILISTVS Syracuſius paulò ætate ſuperior, Dionyſij tyranni familiaris, & Platonis σύγχρονος ac inimicus, Siculam Hiſtoriam ab annis 800. vſqne ad captum à Carthaginenſibus Agrigentum, & initium Dionyſij tyranni, libris 7. contexuit. XENOPHON recenſet hiſtoriam belli Græcorum vſque ad prælium ad Mantineam commiſſum, anno mundi 3597. qui fuit vltimus Artaxerxis Mnemonis. TIMAEVS SICVLVS, Andromachi principis Tauromenij filins, res Siculas, Italicas, & aliarum gentium multis libris ab interitu vindicauit, paulò ante traiectionem Romanorum in Siciliam, & initia belli Punici deſinens, quem deinde Polybius compleuit. DIODORVS SICVLVS Bibliothecam ſeu vniuerſalem totius ferè orbis habitati hiſtoriam temporibus & annis ſingulis diſtinctam ad Iulij Cæſaris Imperium libris 40. deſcripſit: quorum ſex priores ex vltima vetuſtatis memoria repetitam originem mundi, & antiquitates Aegyptias, Aſsyrias, Libycas, Græcas, & aliarum gentium res geſtas, quæ bellum Troianum anteceſſerunt, ſummatim exponunt. Reliqui libri continuam ſeriem annorum 1138. à bello Troiano vſque ad Iulium Cæſarem comprehendunt. PLVTARCHVS Cheronenſis maximè illuſtres, & cognitione digniſsimas hiſtorias, Græcas, & Latinas, quæ tempore Monarchiarum Perſicæ & Græcæ, vſq; ad Auguſtũ contigerunt, in Vitis ſuis annotauit.

MONARCHIA TERTIA
Græcorum.

TERTIA Monarchia Macedonum ſeu Græcorum, qnam nonnulli quartam eſſe volunt, à ſeptimo anuo Alexandri Magni exordium ſumpſit, anno mundi 3634. al. 3780. ante natũ Chriſtum 328. Durauit ann. 300. al. 284. Patuit hæc Monarchia à mari Adriatico in Indicum vſq;, trans Gangem ad Emodios moutes.

REGES TERTIAE MONARCHIAE Græcorum.

Num. Reg.		Anni Regni
1	ALEXANDER Magnus tertiæ Monarchiæ Princeps, rebus præfuit annos duodecim, menſes octo. Poſt eius obitum, Monarchia, iuxta Danielis viſionem, qui ex Rege Græco quatuor cornua viderat oriri, in præcipua & quatuor maxima regna diuiſa eſt, Aegyptum ſcilicet, Syriam, Aſiam minorem, & Macedoniam. Aegyptum Ptolemæus & eius poſteritas ad Iulium Cæſarem vſque retinuit. Zeleuco & eius ſucceſſoribus Syria remanſit. Antigonus initio Aſiam minorem occupauit. Antipater Macedoniã. Extirpata deinde Antipatri poſteritate, Macedonia obuenit Antigoni hæredibus, qui eandem eò vſque poſſederunt, donec à Romanis vltimus Rex Perſeus captus eſt.	12

REGES AEGYPTI.

Num. Reg.			Anni Regni.	Num. Reg.			Anni Reg.
1	Ptolemæus Lagi filius	an.	40	8	Ptolemęus Phiſcon, ſiue Soter	an.	17
2	Ptolemęus Philadelphus	an.	58 al. 38	9	Ptolemęus Alexander	an.	10
3	Ptolemęus Euergetes	an.	26	10	Ptolemęus Lathirus	an.	8
4	Ptolemęus Philopater	an.	17 al. 16	11	Ptolemęus Dionyſius	an.	30
5	Ptolemęus Epiphanes	an.	24	12	Cleopatra	an.	22 al. 20
6	Ptolemęus Philomator	an.	25	13	Stetit Aegypti regnum poſt Alexandri Magni obitũ ſecundum quoſdam an. 288. quibus ſi addas 12. Alexandri, fiunt 300. Tot ann. durauit Monarchia tertia.		
7	Ptolemęus Euergetes	an.	20				

REGES ASIAE.

Num. Reg.		Anni Regni.
1	Antigonus	18
2	Demetrius πολιορκήτης.	17

REGES SYRIAE.

1	Seleucus Nicanor	32

REGES SYRIAE ET ASIAE.

Num. Regni.			Anni Reg.	Num. Reg.			Anni Reg.
1	Antiochus Soter	an.	43 al. 19	9	Demetrius Soter	an.	22 al. 9
2	Antiochus Theos	an.	15	10	Alexander	an.	10
3	Seleucus Gallinicus	an.	20	11	Demetrius	an.	3
4	Seleucus Ceraunus	an.	3	12	Antiochus Sedetes	an.	9
5	Antiochus Magnus	an.	36	13	Demetrius iterum	an.	4
6	Seleucus Philopator, q & Soter,	an.	12	14	Antiochus Gryphus	an.	21 al. 10
7	Antiochus Epiphanes	an.	11	15	Antiochus Cyricenus.	an.	18
8	Antiochus Eupator	an.	2	16	Philippus	an.	2

NOMEN-

NOMENCLATVRA HISTORIARVM tertiæ Monarchiæ.

MONARCHIAM Græcorum, & Alexandri Magni res geſtas in memoria hominum conſeruarunt PLVTARCHVS, Q. CVRTIVS, CALISTHENES Olynthius, Ariſtotelis diſcipulus, ARISTOBVLVS Iudæus, & PTOLEMAEVS, qui tres aſsidui comites fuerunt itinerum Alexandri. DIODORVS SICVLVS libr. 17. vbi Alexandri vitam, & libr. 18. 19. ac 20. vbi ſucceſſorum mutuas lanienas deſcribit. ARRIANVS Nicomedienſis, omninm copioſiſsimè res Alexandri Indicas proſecutus eſt. POLYBIVS, in libris hodie extantibus, ad prælium Philippi Macedonum Regis & Romanorum, ad Cynoſcephalas factum peruenit, ann. mundi 3766. APPIANVS Alexandrinus, ſucceſsionem Regnm Syriæ & Aſiæ continuam à Seleuco Alexandri Magni ſucceſſore vſq; ad poſtremùm Antiochum à Pompeio captum deducit. PAVSANIAS, non tantùm regiones & loca Græciæ omnia, & quid in ſingulis extiterit commemoratione dignum, accuratè annotauit, ſed & familiarum & Principum Græcorum vetuſtiſsimas genealogias ex antiquiſsimis ſtirpibus deductas, & multa alia, quæ nuſquam alibi leguntur, proſequitur. STRABO, in deſcriptione orbis terrrarum, plurimas Græcæ hiſtoriæ, ac in primis Homeri partes illuſtrauit, velnti in libr. 8. 9. 10. & alibi videre licet. His accedunt ATHENAEVS, IVSTINVS, SVIDAS, & alij, qui inter varias gentium diuerſarum hiſtorias, carptim obſeruatas, Gtæcæ Monarchię mentionem faciunt.

MONARCHIA QVARTA Romanorum.

ORIGINEM quartæ Monarchiæ ab excidio Troiano plerique repetunt. Quando autem & à quibus Troia ſit condita, quando & à quibus rurſus diruta, qualis deinceps progreſſus & ſucceſsio tam Imperij, quàm iuris Romani fuerit: poſt hiſtoriarum huius Monarchiæ ſeriem ſolito more ſuccinctè recenſebimus.

NOMENCLATVRA HISTORIARVM quartæ Monarchiæ.

QVI à Troia capta ad hæc vſque tempora, Romanam hiſtoriam, tam eccleſiaſticam, quàm politicam, ante & poſt translatum Imperium, literis commendarunt, ſeqnenti ferè ordine ſibi inuicem ſuccedunt. DIONYSIVS Halicarnaſs. libris 11. hodie etiamnum extantibus, à capta Troia vſque ad annum Vrbis cond. 312. Romanam deduxit hiſtoriam. M. CATO, ſeptem originum libros ſcripſit, in quorum primo res geſtas populi Romani recenſet: ſecundo & tertio ſingularum in Italia ciuitatum origines & antiquitates: quarto bellum Punicum primum: quinto, ſexto, & ſeptimo reliqua bella vſque ad Præturam Sergij Galbæ. T. LIVIVS integram hiſtoriam contexuit ab Vrb. cond. vſque ad quartum annum ante natum Chriſtum. APPIANVS Alexandri. bella Romanorum ciuilia, præcipuè à Tiberio Graccho vſque ad interitum Sex. Pompeij deſcripſit. SALVSTII pauca extant, & quæ ſuperſunt, ſatis nota ſunt. VELLEIVS PATERCVLVS, Epitomen hiſtoriæ Romanæ ad annum Tiberij 16. Chriſti 32. perduxit. TACITVS, à Tiberij initio vſque ad Veſpaſianum peruenit ad annum Chriſti 71. SVETONIVS, Iulij Cæſaris, Auguſti, & 10. ſequen. Impp. res geſtas, vſque ad annum Chriſti 98. prodidit. HERODIANVS, à morte Antonini Philoſophi vſque ad Gordianos annum Chriſti 240. plus minus res geſtas annotauit. DION CASSIVS, CAPITOLINVS, LAMPRIDIVS & SPARTIANVS, poſt Suetonium, Imperatorũ Vitas vſque ad Gordianos interfectos, annum Chriſti 246. recenſent. TREBELLIVS POLLIO & FL. VOPISCVS, ab his ferè vſque ad initium Diocletiani circiter annum Chriſti 288.

ſti 288. peruenerunt. EVSEBIVS hiſtoriam eccleſiaſticam à nato Chriſto vſque ad Conſtantinum Magnum, annum Chriſti 320. perduxit. EVTROPII epitome ad mortem Iouiniani, annum Chriſti 368. extenditur. AMMIANVS MARCELLINVS libris 18. hodie extantibus, res geſtas Conſtantij, Iuliani, & aliorum vſque ad mortem Valentis enumerat, annum Chriſti 382. PAVLVS OROSIVS hiſtoriam eccleſiaſticam ab initio mundi repetitam ad Honorij Imperatoris tempora (quæ in annũ Chriſti 400. incidunt) proſequitur. HISTORIA TRIPARTITA eiuſdem ferè argumenti cum Euſebio & Oroſio, & ex tribus authoribus Theodoreto, Sozomeno, & Socrate collecta, protenditur ad annum Chriſti 444. IORNANDES, res Gotthicas vſq; ad Iuſtiniani tempora (quæ circiter annum Chriſti 529. incipiunt) deduxit. PROCOPIVS, bella Iuſtiniani contra Perſas, Vuandalos, & Gotthas geſta vſque ad annum Chriſti 554. retulit. AGATHIAS protraxit hiſtoriam Procopij, vſque ad annum Chriſti 566. NICEPHORVS lib. 18. (qui ſoli extant) hiſtoriam eccleſiaſticam, vſque ad annum 625. deduxit. POMPONIVS LAETVS, Politiani coætaneus, compendium hiſtoriæ Romanorum Impp. à Gordiano vſque ad poſteros Heraclij congeſsit, ann. Chriſti 650. REGINO Abbas annales ſuos à nato Chriſto vſque ad Othonem Magnum, annum Chriſti 968. concinnauit. ZONARAS, Conſtantinopolitanæ & Orientalis eccleſiæ hiſtoriam Cæſarum Vitis, vſque ad annum Chriſtiſti 1100. interſeruit. OTHO Friſingenſis vſque ad Fridericum Barbaroſſam, annum Chriſti 1150. peruenit. ABBAS VRSPERGENSIS, Friderici XI. tempora, annũ Chriſti 1230. attigit. BLONDVS, poſt inclinationem Imperij, integram rerum ſeriem deduxit ab anno Chriſti 407. vſque ad annum 1400. NAVCLERVS ab initio mundi vſque ad annum Chriſti 1500. pertingit. Idem ferè tempus & propoſitum SABELLICO fuiſſe arbitror, cuius Aenneadas Caſp. Hedio perduxit ad annum Chriſti 1538. PAVLVS IOVIVS ab anno 1494. vſque ad annum 1546. ſui temporis hiſtoriam reliquit. SLEIDANVS ab anno 1517. vſque ad annum 1556. res ſub Carolo V. vt plurimum geſtas annotauit. LAVRENTIVS SVRIVS ab anno Chriſti 1500. Naucleri fine, ad annum 1570. progreſſus eſt. Sunt & alij Germani præſertim Hiſtorici, quos omnes hic recenſere longum foret, in Chronologia tamen ſuis vbique locis, tam qui deſunt, quàm quos hic enumerauimus, diligenter annotatos Lector inueniet.

Anni à cond. mundo.	*Ann. ante natum Chriſtum.*	REGNVM TROIANVM.	*Anni Regni.*
		Regnum Troianum, à cuius excidio Aeneas Romanum Imperium primus condidit, cœpit anno mundi 2477. à diluuio, ann. 830. ab exitu Iudæorum ex Aegypto, annis 24.	
		REGES TROIANORVM.	
2487	1476	**DARDANVS** primus Troianorum Rex, teſte Virgilio: *Dardanus Iliacæ primus pater Vrbis & author, Electra, vt Graij perhibent Athlantide cretus.*	31
2518	1445	**ERICHTONIVS** Dardani filius, cuius tempore Faunus apud Aborigines in Italia regnum obtinuit.	75
2593	1370	**TROS** Filius Erichtonij, à quo Troia & Troiani nomen habent.	60
2653	1310	**ILVS.** Troe natus, à quo tota regio Ilium dici cœpit.	54
2707	1256	**LAOMEDON** Ilii filius, abnepos Dardani, quintus Troianorum Rex, cuius tempore natus eſt Hercules.	36
2744	1220	**PRIAMVS** Sextus & vltimus Troianorum Rex, cuius filius Paris Helenam Spartanorum Regis vxorem rapuit, quam cum Græcis repoſcentibus denegaret, exortum eſt decennale bellum, quo & Rex ipſe perijt, & regnum à victoribus Græcis euerſum eſt, anno mundi 2783. vt præcipuis placet authoribus, vel an. 2852, vt ex Virgilio quidam colligunt.	39
		REGNVM LATINORVM.	
		Cauſa & occaſio Regni. Capta euerſaque Troia, cùm in cæteros ſæuitum eſſet Troianos, Aeneæ & Antenori tum vetuſti iure hoſpitij, tum quia pacis reddendæque Helenæ ſemper authores fuerant, Achiuos peperciſſe, Liuius ſcriptum reliquit. Antenor cum Henetum multitudine, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes & Ducem Pylemene ad Troiam amiſſo, quærebant, in intimum maris Adriatici ſinum peruenit. Aeneas ab ſimili clade domo profugus, ſed ad maiora rerum initia ducentibus fatis, primò in Macedoniam delatus eſt, deinde in Siciliam, ab hac Laurentem agrum claſſe tenuit, vbi Lauinium condidit, ductaque Regis Latini filia, primus ex Troianis poſt ſoceri mortem Rex Latinorum factus eſt.	
Anni à capta Troia.		**REGES LATINORVM.**	*Anni Regni.*
4		**AENEAS. I.** Latinorum Rex primus Aeneas, ſuis & Latinis imperare cœpit, anno 8. vel 9.	3 *Poſt Latini obitum.*

poſt

Anni à capta Troia.		Anni Regni.
	poſt Troiam captam, vt quidam ex tempore colligunt, quo cum Didone Aeneam fuiſſe Virgilius ſcribit, vel anno quarto, quo tempore Latinus Rex iu pugna coutra Rutilos occubuit, quod plures, ijq́ne uominatiores, comprobant.	
8	**ASCANIVS II.** Aneæ filius, Albæ Longæ conditor, de quo inter alia Virgilius: *At pner Aſcanius, cni nunc cognomen Iulo* *Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)* *Triginta magnos voluendis menſibus orbes* *Imperio explebit, regnumq́, à ſede Latini* *Transferet, & Longam multa vi muniet Albam.*	38
46	**SYLVIVS III.** Poſthumus Aeneæ ex Lauinia, in Syluis educatus, vnde tam ipſe, quàm cæteri Albanorum Reges Syluij deinceps dicti ſunt.	29
75	**AENEAS SYLVIVS IIII.** Euſebius ait, ſe reperiſſe in quibuſdam hiſtorijs, Latinum Syluium, quarto poſt Aeneam loco regnaſſe, Lauiniæ ac Melampodis filium, fratrem vterinum Poſthumi Syluij: quinto verò loco, qui hîc quarto ponitur, Aeneam Syluium, Poſthumi filium. Hæc Glar.	31
106	**LATINVS SYLVIVS V.** In huius annum ſecundum incidit annus primus, quo DAVID Rex Hebræorum ex tribu Iuda primus conſtitutus eſt, cui deinde eiuſdem Syluij anno 42. ſucceſſit Salomon filius.	50
156	**ALBA SYLVIVS VI.** Aeneæ Sylnij filins, cnius tempore anno regni 31. ſeditio exorta eſt inter Iudæos, regnumq́ue bifariàm diuiſum. In Samaria X. tribubus præfuit Hieroboam, in Hieruſalem duabus Roboam, à quibus tempora numerantur, Chriſtusq́ue prodijt.	39
195	**CAPETVS SYLVIVS VII.** Hunc Atyn vocant Liuius & Euſebius. Epitum Ouidius. Addit Euſeb. & Aegyptum eſſe dictum, ac regnaſſe annis 24.	26 *Dion.* 24 *Euſeb.*
221	**CAPYS SYLVIVS VIII.** Capeti ſuperioris filius, authore Euſebio.	28
249	**CALPETVS SYLVIVS IX.** Hnuc Linius Capetnm vocat. Capetum verò ſeptimum Atyn, vt ſuprà diximus. Prophetabant apud Iudæos hoc tempore Abdias, Iehu, Ozias, Micheas, Elias, &c.	13
262	**TYBERINVS X.** Hic in traiectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen flumini dedit. Liuius.	8
270	**AGRIPPA SYLVIVS XI.** Tiberini filius, cuius tempore Zacharias Propheta occiſus eſt, & Lycurgus Lacedæmoniorum legiſlator floruit.	40
310	**ALLADIVS SYLVIVS XII.** Hunc Linius Romulum Syluinm appellat, alij alijs nominibus dictum tradunt, de quibus videat, qui velit, annotata Henrici Glareani.	19

AVEN-

Anni à capta Troia. — *Anni Regni.*

AVENTINVS SYLVIVS XIII.

329 Superioris Alladij filius, in Auentino ſepultus, nomen mouti reliquit. Huius tempore, auno regni 18. Sardanapalus regnare cœpit, Rex Aſſyriorum vltimus. 37

PROCAS SYLVIVS XIIII.

366 Huius tempore, anno regni 6. Macedonum regnum orditur Euſeb. Eodem Proca imperante prophetarunt apud Hebræos, Oſee, Amos, Eſaias, & Ionas. 23

AMVLYVS SYLVIVS XV.

& vltimus Latinorum Rex.

389 Huius tempore, anno regni 22. incipit Olymp. prima, à qua Græca deinceps de temporibus hiſtoria vera creditur, ſecundum Euſeb. 44

REGNVM ROMANORVM.

Cauſa & ocaſio Regni.

Procas Syluius Latinorum Rex XIIII. duos reliquit filios; Numitorem & Amulium. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, reguum vetuſtum Syluiæ gentis legauit: plus tamē vis potuit, authore Liuio, quàm aut voluntas patris, aut ætatis verecundia. Pulſo fratre Amulius regnat. addit ſceleri ſcelus. ſtirpem fratris virilem interimit: fratris filiæ Rheæ Syluiæ per ſpeciem honoris, cùm veſtalem eam legaſſet, perpetua virginitate ſpem partus adimit. Vi tamen compreſſa virgo, anno patrui viceſimo ſeptimo, geminos edit infantes. Hos iuxta ripam Tyberis expoſitas, Fauſtulus regij paſtor armenti ad Acciam Laurentem vxorem detulit: quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæſtuoſi lupa à vicinis appellabatur. Vnde ad noſtram ætatem vſque inhoneſtæ merctricum cellulæ lupanaria dicuutur. Pueri verò cum adoleuiſſent, collecta paſtorum manu, interfectoque apud Albam Amulio, auum Numitorem in regnum reſtituunt: relictaq; ci Alba, nouam vrbem eo ipſo in loco, vbi expoſiti & educati fuiſſe dicebantur, condere inciplunt. anno ætatis XXI. (vt quidam computant.) Atque hæc à Romulo deinde, qui fratre Remo interempto, ſolus rerum potitus eſt, Roma dici cœpit. Hæc ferè Liuius & Euſebius.

VRBS ROMA A QVIBVS & quando condita ſit.

Romanæ vrbis Regionem (inquit Marlianus) Siculi primi omnium renuere: antea verò habitatáne fuerit an deſerta, nihil eſt, quod affirmare poſsimus. Mox Aborigines duce Oenotro Lycaonis filio ex Arcádia ad inquiſitionẽ agri melioris ſpôrè huc ꝓfecti, illis expulſis locũ occuparũt. Quibus deinde Pelaſgi & aliorum Græcorũ quidam errabundi, profugique ex Theſſalia admixti, auxilio eis ad bella cum finitimis populis fuêre. Permanſerunt autem in his ſedibus vſque ad bellum Troianum, priſcam illam Aboriginum appellationem ſeruantes. Horum regem Saturnum fuiſſe memorant: qui cùm Cretæ imperaret, habens cum Ioue filio de agris contentionem, bello expulſus, in Italiam venit: & cùm cultum vinearum & falcis vſum Ianum docuiſſet, ab eo in partem imperij eſt admiſſus. Cæterùm Iano defuncto, ad eum ſolum imperium peruenit. Annis deinde ſexaginta ante res Troianas ferunt Arcades ex vrbe Palantio exeuntes, ſedemque duce Euandro quærentes in hunc locum, vbi nunc Roma eſt, eſſe delatos, à Faunoque Aboriginũ rege, & benignè ſuſceptos, & agri portionem accepiſſe: illosque colle haud procul à Tyberi electo, caſtellum ſtruxiſſe, Palantiumque à metropoli eorum in Arcadia appellaſſe. Paucis verò annis interpoſitis, aliam claſſem Græcam, ducente Hercule, eandem tenuiſſe regionem, & ex his quoſdam miſsionem ab eo precatos, in colle, qui tunc Saturnius dicebatur, poſuiſſe ſedem. Hos Peloponenſes, & qui ex Elide profecti erant, Phanetas & Epios fuiſſe comperio, quibus nullum erat amplius deſiderium reditus euerſa eorum patria ab ipſo Hercule. Hi aliquando rem ſuam ſeparatim adminiſtrarunt. Cæterùm haud ita multò poſt, victũ, leges, ſacra cum Aboriginibus conferentes, ſicuti Arcades, & prius Pelaſgi fecerunt, ciuitatis eiuſdem participes facti ſunt. Secunda verò ætate, poſt Herculis profectionem, Latino ex filia Fauni regnante, Aeneas in Italiam venit. Qui deinde Aborigines, Troianosque communi nomine Latinos nominauit. Ab his Romam ædificari cœptam nemo dubitat: ſed vt de tempore, ita de cõditore mira inter ſcriptores varietas exiſtit, teſte Dionyſio Halicarnaſ. antiquitatum lib. 1. Quidam enim à Romulo & Remo fratribus, Numitoris ex Rhea Syluia nepotibus conditam eſſe volunt, quibus plerique omnes ſubſcribunt, atque inter cæteros ipſe quoque Liuius. Alij ab Aeneæ ſocijs ædificatam, nonnulli mulierem Troianam incenſis nauibus occaſionem dediſſe crediderunt. Fuerunt etiam, qui ab Aeneæ filio Romo cœptam, & quindecim ætatibus poſt à Romulo reſtauratam arbitrarentur. Qui Romulum & Remum authores conſtituunt, natalem vrbis collocant in annum mundi 3214. à capta Troia 432. ante natum Chriſtum 750. anno tertio Olympiadis ſextæ (quod Cenſorino placet) vel anno primo Olympiad. ſeptimæ, XI. Calend. Maij, quo die Palilia celebrantur, id quod plures recipiunt.

Olympiad.	Anni ab Vrb. cond.	REGES ROMANORVM.	Anni Regni.
6 an. 3 vel 7 an. 1	1	ROMVLVS, Primus Romanorum Rex: de cuius vita, legibus, & inſtitutis, vide Liuium, Dionyſ. Plutarch. Forſt. & alios.	37
16 an. 3 vel 17 an. 2	39 Computato vnius anni interregno à morte Romuli.	NVMA POMPILIVS II. Hic Pontificem Maximum, Flamines, Veſtales, Augures, & pleraque ſacra alia primus inſtituit.	43
27 an. 2	82	TVLLVS HOSTILIVS III. Auo Hoſtio Hoſtilio genitus, quem Romulus ob inſignem fortitudinem frondea corona primus donaſſe legitur. Plin. lib. 16. cap. 4.	32
35 an. 2	115 al. 114	ANCVS MARTIVS IIII. Hunc Hoſtiã condidiſſe, anno regni viceſimo, literis proditum eſt. Eod. Im-	23 al. 24

Olympiad.	Anni ab Vrb. cond.		Anni Regni.
		perante, Prophetarunt apud Hebræos Hieremias, Sophonias, & Olda mulier. Thales qnoque Mileſius hac ætate multorum opinione floruit.	
41 an. 2	138	**L. TARQVINIVS PRISCVS V.** In huius anuum IX. Eliachim verò Indæorum regis III. incidit ſecundum quoſdam captiuitas Babylonica: iu aun. 17. ſomuium Nabuchodonoſ. de quatuor regnis mundi: in an. 21. Prophetia Ezechielis. in an. 27. cõuerſio Nabuchodon. & in regnum reſtitutio. De quibus plura, 4. Reg. 25. Ieremiæ 34. &. 52. Daniel. 2. & 4. apud Ioſeph. lib. 10. cap. 11.	37 al. 38
50 an. 4	175 al. 176	**SERVIVS TVLLVS VI.** Ancillæ ſed nobilis captiuæ filius, Primus poſt vrb. conditam æs ſignare cœpit. De qno Plinius lib. 33. & Macrob. Saturnal. 1. Huius tempore Cyrus Hebręorum captiuitate laxata, quiuquagiuta millia hominum iu Iudęam remiſit.	34 al. 44
61 au. 4	209 al. 220	**L. TARQVINIVS SVPERBVS VII.** Qui ob ſtupratam à filio Lucretiam vrbe exactus eſt, anno vrb. conditæ (vt qnidam voluut) 244. Olympiad. 67. an. 4. vel (vt alijs placet) an. vrb. 243. an. 3. Olympiad. 67. Huius tempore floruit SEX. PAPYRIVS Iuriſconſultus, qui leges Regias ſine ordine latas in vnum librum congeſsit, qui (authore Pomponio in L. 2. de orig. iur.) dictus eſt IVS CIVILE PAPYRIANVM.	35 al. 25

Olympiad.	Anni ab Vrb. cond.	
		CONSVLES ROMANI, prima Reipub. mutatio.
67 an. 4 al.	244 al.	Eiectis Regibus, ad duos delata eſt Reipub. cura, qui in commune omuibus conſulerent, eaque propter conſules dicerentur. His propè par erat eum Regibus maieſtas, poteſtas non item. Maieſtatis eraut inſignia, lictores, trabæa, imperij ſumma, iuris condendi, Senatum conuocandi, exercitus ducandi, modicè coercendi, inque vincula conijciendi poteſtas. Diminutæ rurſus authoritatis illa poterant eſſe exemplo, quod iurare cogebautur, ſeſe neminem Romæ reguare paſſuros, quod non vni, ſed duobus, nec perpetuum, vt antea, ſed annuum erat imperium, quod lege cautum erat, vt à conſulibus pronocatio eſſet ad populum, néue in caput eiuis Romani ſine populi iuſſu animaduertere poſſent. Primi ex Patricijs conſules lecti ſunt, L. IVNIVS BRVTVS, & L. TARQVINIVS COLLATINVS. Anno vrb. cond. 244. Olympiad. 67. anno 4. Ita Euſebius computat, & ex tabulis Capitolinis, Meſſala, Oroſio, Rufo, Eutropio, Iornande & Solino probat Sigonius, quibus reſpondet noua Faſtorum conſularium calculatio, recentioribus Codicis exemplaribus adiecta. *Vel*
68 an. 1	245	Anno vrb. cond. 245. Olymp. 68. anno 1. Liuio & Dionyſio authoribus, quos Glareanum & Haloandrum, in Faſtis conſularibus, Liuio, & pleriſque Codicis exemplaribus annexis, ſecutos eſſe videmus. Ab hoc conſulum tempore vſque ad Alexandrum Imperatorem, Senatuſconſultis multum tribui cœptum eſt, de quibus, quo tempore, & quo ordine fieri ſolebant, non minus doctè quàm eleganter diſſerit in Iuris Romani hiſtoria D. Valent. Forſt. *Hinc* SENATVSCONSVLTA.

Anni ab Vrb. cond. | Anni ab exa. regib.

DICTATOR ET MAGISTER EQVITVM.

Secunda Reipub. Romanæ mutatio.

253 Dictatoris creandi primam Romæ mentionem Poſthumio Cominio, & T. Largio 9
Coſs. factam eſſe, Liuius tradidit. Cauſam & occaſionem Dictaturæ introducendæ triplicem inuenio. rixam ijſdem Coſs. Romæ ortam rebellioni proximam, belli Latini metum: & M. Valerij Poplicolæ legem, quæ permiſſa prouocatione à conſulibus ad populum, ſublatoque omni ſupplicij metu, tum ad alia multa immorigeram plebem red-
al. diderat, tum verò vt Latino bello inſtante, ad communis patriæ defenſionem, non niſi al.
grauiſsimis conditionibus cogi poſſet, effecerat. Ne igitur ſtante hac lege, inteſtina ſeditio patriam hoſtibus proderet, vel ea ſublata plebs magis etiam commoueretur, communi tandem voto vnum rurſus eligendum eſſe placuit, qui plenam in omnes haberet poteſtatem, & propter ſummam iubendi, dictandiue quod vellet authoritatem, DICTATOR diceretur.

256 Quis primum Dictator creatus ſit, non ſatis conſtat. Apud veterrimos tamen autho- 12
res (inquit Liuius) T. LARGIVM Dictatorem primnm, SP. CASSIVM Magiſtrũ equitum, creatos inuenio. Nec de tempore ſatis conuenit, quibuſdam volentibus anno poſt regos exa. 9. Poſthumio Cominio & T. Largio Coſs. hoc factum eſſe, alijs an. 12. T. Largio Flauio II. & Q. Clælio Siculo, Coſs.

Anni ab Vrb. cond. | Anni ab exa. regib.

TRIBVNI PLEBIS,

Tertia Reipub. mutatio.

260 Tribunis plebis creandis initium fuit ſeceſsio in montem Sacrum trans Anienem, au- 16
thore Sicinio facta. Cùm enim ob fœneratorum impotentiam, qui plebem ære alieno obſtrictam in vinculis tenebant, ſeditio exorta eſſet, eaque ſemel edicto Seruilij ſedata, rurſus anno ſequenti gliſceret, plebs randem à Patribus in montem Sacrum ſeceſsit, ibique duos primò elegit, quos patricijs opponeret & conſulibus, qui Tribuni dicti
al. ſunt, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli aſſumebantur: al.
vel quia tribuum ſuffragio Tribunos creari moris erat. Primi Tribuni creati ſunt, authore Liuio, C. LICINIVS, L. F. vel (vt Dionyſius habet) C. SICINIVS BEL-
261 LVTVS, & L. IVNIVS, C. F. PATERCVLVS, an. vrbis 260. A. Virgin. & T. Ven- 17
tuſio Coſs. Feneſtella authore, vel anno 261. Sp. Caſsio Vicellino, II. & Poſthumio Cominio, II. Coſs. id quod inter alios Pomponio placet.

Tribuni plebem rogabant: quod plebs iubebat, ratum firmumq; erat.
Inde orta ſnnr
PLEBISCITA.

Anni ab Vrb. cond. | Olympiad.

DECEMVIRI,

Quarta Reipub. Romanæ mutatio.

302 Cùm intet Pattes & Tribunos pro legibns ferendis magna ſæpe contentio eſſet, tri-
buni finem certaminum facere pollicebanrnr, ſi legumlatores, & ex plebe, & ex Patri- 82
bus crearentur, qui leges communes vtriſque vtiles ferrent. In legibus ferendis conſen
al. ſêre Pattes, in latore nequaquam: neminem enim niſi ex Patribus datnrum, aiebant. Ne
igitur eſſet inuidiæ locns, leges extraneas habere placuit, eoque nomine Athenas miſsi an.
ſunt, Sp. Poſthumius Albus, T. Manlius, P. Sulpit. Quibus reuerſis, electi ſnnt pto cen-
303 ſendis & promulgandis legibus ex Græcia allaris Decemuiri. Ii fuère Appius Claudius, 2
T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manilius, P. Sulpitins, P. Curiatius, T.
Romulius, & Sp. Poſthumius. A Decemuiris igitut Leges X. Tabularum primò pro- al.
mulgatæ, ac poſtea acceſsione duarnm auctæ, ex qnibus Ius 3
noſtrum cinile promanauit.

LEGES XII. TABVL.

Ex hoc rempore præcipui Iuriſconſulti ſibi inuicem ſucceſſerunt, quos ferè omnes, vſque ad Q. Mutium Scæuolam Pontifi. Maxim. recenſet Pompon. in L.2. de orig. Iur. veluti ſnet.

APPIVS CLAVD. DECEMVIR: HERMODOTVS, cui ob leges XII. interpretatas in Comitio ſtatua erecta eſt. AP. CLAVD. CAECVS, Cenſor ann. vrb. 441. CN. FLAVIVS Claudij Cæci ſcriba: P. SEMPRONIVS SOPHVS, Conſul anno vrb. 449. P. SEMPRO. TVDITANVS, Cenſor anno vrb. 544. T. CORNVCANVS, Conſul anno vrb. 473. Q. FABIVS PAMPHILVS, qui legationead Hannibalem functus eſt: P. AELIVS PAETVS, Prætor anno vrb. 550. Conſul an 552. SEX. AELIVS Publij frater, ædil. curul. an. vrb. 541. Cenſor anno 559. AELIVS PAETVS filius, Sexti ne an Publij, incertum. ATTILIVS SAPIENS, P. CORNELIVS SCIPIO NASICA, Prætor an. vrb. 559. L. CORNELIVS SCIPIO AFRICANVS, Naſicæ filius, Conſul ann. vrb. 607. Q. FABIVS LABEO, Quæſtor ann. vrb. 558. Prætor anno 564. Conſul anno 570. Q. FABIVS PICTOR, Flamen Quirinalis an. vrb. 565. M. PORTIVS CATO Pater, Quæſtor anno vrb. 550. M. PORTIVS CATO ſuperioris filius natu maior. M. MANILIVS, Conſul an. vrb. 604. M. BRVTVS, de quo Cicer. lib. 2. de Oratore. P. MVTIVS SCAEVOLA, filius P. Scæuolæ, Conſulis an. 577. P. LICINIVS CRASSVS, Coſ. an. vrb. 620. C. LIVIVS DRVSVS, qui Ciceronis tempore floruit. P. RVTILIVS RVFVS, Coſ. an. vrb. 651. Q. AELIVS TVBERO, P. VIRGINIVS SEX. POMPEIVS, Patruus Pomp. Magni. L. CAELIVS ANTIPATER, Craſsi familiaris. Q. MVTIVS SCAEVOLA, alter Augur, alter Pontifex Max. à quo Chronolog. noſtra incipit.

Anno Vrb. cond. 387 | Olymp.

PRAETOR ET AEDILES CVRVLES.

Quinta & vltima Reipub. mutatio, ante Monarchiam C. Iulij Cæſaris, anno vrbis 387. introducta.

Occaſionem conſtituendæ, tam Præturæ quàm ædilitatis curulis (vno enim eodemque anno vterque magiſtratus inuentus) hanc fuiſſe legimus. Cùm ex veteri inſtituto, ſoli Patricij in maiorum magiſtratuum poſſeſsione eſſent (quæ res plebis potentiam vehementer debilitabat) Canuleius tribunus plebis, anno vrb. 309. legem tulit, vt alter conſulum ex plebe crearetur. Patricij itaque poſt hanc Canuleij legem annis 82. ſibi denuò quæſiuêre honores, pro conceſſo plebi altero conſulatu, Præturam nempe & ædilitatem curulem. Præturæ autem ea fuit amplitudo & dignitas, vt euocatis belli cauſa Coſſ. penes Prætorem vrbanum, ſummum in iure dicundo eſſet imperiũ, niſi cùm ob Latinas ferias conſules ſingulis annis exibant: relinquebant enim tum Præfectum Latinarum cauſa.

Initio autem duo tantum creati ſunt Prętores: vrbanus: qui cùm non ſufficeret, additus eſt peregrinus. Hi duo Prætores iudicijs priuatis præerant. Ille ciuibus inter ſe ius dicebat, hic inter ciues & peregrinos. Atque hic Prætorum numerus durauit per annos 139. Anno deinde vrbis 519. cùm in prouinciæ formam redactæ eſſent, Sicilia, Sardinia, Gallia Narbonẽſis & Hiſpania, totidem Prætores creati ſunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Solin. cap. 21. Liuius lib. 20. & Pompon. in L.2. ff. de orig. iur.

Deinde Cornelius Silla Dictator, cùm eum Prætorum numerum non ſatis eſſe videret, aucto à ſe Quæſtionum perpetuarum numero, quatuor alios adiecit, atque ita cœperunt decem Prætores eſſe.

Iulius Cæſar iterum duos addidit, vt teſtatur Cornel. lib. 1. Annalium, de Tyber. Poſt hũc Claudius Imperator duos, qui de fideicommiſsis ius dicerent, adiecit. E quibus vnum Titus detraxit, & vnum, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret, Nerua addidit.

Tandem M. Antoninus Philoſophus tutelarem Prætorem creauit, authore Iulio Capitolino. Plura de Prætorum officio & poteſtate, vide inter alios apud Forſterum in hiſtor. iuris, lib. 2.

PRAETORVM EDICTA.

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	CONSVLES.	*Anni à nato Chriſto.*
183 an. 1 vel 2	IMP. C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. COS. DICT. PERPET. PARENS PATRIAE, PRIMVS POPVLI ROMANI IMPERATOR.	705	706	*Anno, quo rerum Cæſar potitus eſt primo, Conſules fuerunt* C. IVLIVS CAESAR. II. P. SERVILIVS VATIA ISAVRICVS. Imperium Cæſaris ab his conſulibus incipere, omnes (quos ego vidi) conſentiunt. In quem verò annum ab vrbe condita conſulatus iſte incidat, non eſt vna chronographorũ opinio. Cauſam diuerſitatis illam inuenio: quòd primi conſules, in annum quartum Olympiadis 67. vrbis verò 244. à quibuſdam reponi ſoleant: cùm ſint alij, qui an. primo Olympiadis 68. ab vrbe cond. 245. conſules Romæ primos creatos eſſe putẽt. Nos, ne quid hac in re temerè ſtatuiſſe videremur, duplicem calculationem à duobus præſtãtiſsimis Iuriſconſultis appellatam appoſuimus. Lectori quam velit ſequi, liberum eſto.	
	Caius Iulius Cæſar, L. Cæſaris & Aureliæ filius, primus poſt exactos reges, imperium Romæ ſolus arripuit, oppreſſaque Repub. Monarchiæ ſtatum reduxit. Adoleſcens apud Aureliam matrem C. Cottæ filiam, & Iuliam amitam C. Marij coniugem, educatus eſt: vnde illi Patricio amor plebeiæ factionis & odium Syllæ, cuius inimicitias, ob neglectam affinitatem expertus fuga ſaluti conſuluit. Poſt Syllæ obitum ab amicis in patriam reuocatur, ſummis honoribus ornatur, Quæſtor, Aedilis, Prætor in Hiſpanias, Pontifex, ac demum Conſul creatur: maxima eloquentiæ, humanitatis, munificentiæ, fortitudinis ſuæ, ac etiam fortunæ admiratione. Vicibus duabus & quinquaginta cum hoſtibus conflixit. Gallias Romano imperio ſimul octingentis oppidis ac tercentum populis ſubactis, adiunxit: quodque mirum videri	706	707	II. Q. FVSIVS CALENVS. P. VATICANVS, al. Vatinius. Cæſar ſecundò Dictator cum Antonio Magiſtro equitum.	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni ante Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

Q. MVTIVS SCAEVOLA.

Pontifex Maximus, vetuſtiſsimus eſt omnium illorum, quorum ſcripta in Pandectarum libros tranſlata ſuperſunt, ſi Politiano credimus. Sunt enim, qui non huius, ſed Mutij cuiuſdam recentioris eſſe velint. Floruit circiter annum ab vrbe condita 627. iusque ciuile, vt refert Pomponius, primus conſtituit. Auditores & diſcipulos complures habuit, præcipuæ tamen authoritatis, GALLVM AQVILIVM, BALBVM LVCILIVM, SEX. PAPIRIVM, & CAIVM IVVENTIVM, qni Iulij & Octauiani temporibus celebre nomen conſecuti ſunt.

Ex libro ſingulari ὅρων Mutij Scæuolæ ſubſequentes Pandectarum leges deſumptæ ſunt.

L.64. de acquir. rer. do.
L.8. de aqua qnot. & æſt.
L.241. de verb. ſig.
L.73. de reg. iur.

Citatur Q. Mutius libro ſecundo Iuris ciuilis.

L.3. de pen. lega.
L.27. de aur. arg. mund. leg.

Cita-

Cùm Chriſtianæ religionis Pōtifices (quorum nomina & ſanctiones iuxta ſucceſſionis ordinem hac deinceps columna recenſebimus) in Iuliorum & ſequentium aliquot Imperatorum tempora non incidant: ne tot interim ſemipaginæ ſine fructu Lectori perirent: congeſsimus hîc, quæ de priſcis Romanorum ſacris & ſacerdotijs, quiue his præerant Pontificib. Maximis Feneſtella & Pōponius, poſteris reliquerunt. Hoc enim à propoſito noſtro non alienū omninò fore arbitrati ſumus, & idem Clariſs. Iuriſconſultū Aymarum Riuallium in libro hiſtoriæ Iuris ſingulari, obſeruaſſe video: licet vltra Pontifices à Pompilio inſtitutos, non ſit progreſſus.

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	CONSVLES.	*Anni à nato Chriſto.*
	videri poteſt, ipſe idem qui fecerat, geſta ſua non minus breuiter quàm verè & probatè ſcripſit. Eius vis multis tandem elata victorijs repulſatum neſcia, acerbis in Cn. Pompeium ſocerum odijs ſtimulata (ille enim competitor ſanè moleſtus, non ciuiliter cum eo de conſulatu contendebat) malè animatum in patriam reddidit. Graues igitur inimicitias perſequens in Pharſalia Cn. debellauit, & irrequieto victoriæ curſu Aegypti regem Cleopatræ fratrem fugauit, fœmina ſola in regno relicta. Inde mira celeritate Pharnacẽ Mithridatis filium ſubegit, victoriam tribus tantum verbis amicis ſignificans, veni, vidi, vici. Triplex inde triumphus eſt ſubſequutus, mox, quia vno die Scipionem, Afraniũ, Iubamq; regem, præſtantiſsimos belli duces in Lybia ſuperauit, vno menſe triumphis quatuor inſignitus, victor ouansque patriam reuiſit. Quinta demum ac poſtrema celebritate ſummo bonorum dolore ſpectata (namque in Hiſpania maxima Romanorum ciuium & nobilium ſtrage Pompeij liberos profligauit) in Senatu paulo pòſt Bruti & Caſsij coniuratione oppreſſus, multis vulneribus confectus interijt, anno ætatis 56. LEGES A CAIO IVLIO CAESARE *latas, ſubſequenti ordine annotatas inuenio.* Primò, Conſul legem de annona tulit, cuius ſummam ab Vlpiano relatam habemus in L. 2. ff. ad L. Iul. de anno. Secun-	707	708	III. C. IVLIVS CAESAR. III. M. AEMYLIVS LEPIDVS. Cæſar III. Dictator, cum M. Lepido magiſtro equitum, vt ex tab. Capitolinis colligitur. Dio Cæſarem hoc an. Dictatorem IIII. Lepid. magiſtrum equitum II. tradit. Aul. Hircius III. Dictatorem fuiſſe ſcribit, deſignatũ quartò. Ex hoc etiam anno honorarij conſules creari cœpti ſunt: Quo exemplo inſequẽtibus deinceps annis, plures ſemper fuerunt Coſſ. in menſes tamen plerunque vel dies tantum. Nec vllis ex his, niſi qui Cal. Ian. inijſſent, nomen anno dare licebat.	

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Chriſto.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*

Citatur idem notato tantum librorum numero, veluti

Lib.2.in

L.55.de lega.lib.3.

Lib.14.in

L.30.pro ſoc.

Idem citatur, nec notato numero, nec nomine librorum.

L.2.de orig.iur.
L.4.de vſu & habit.
L.1.ſi quadr.paup.
L.31.ad L.Aquil.
L.5.commod.
L.48.mand.
L.11.pro ſoc.
L.59.de contr.emp.
L.66.eod.
L.13.de in diem addic.
L.75.de euict.
L.3.de tutel.
L.35.de hæred.inſtit.
L.29.de lega.lib.3.
L.7.de annu.lega.
L.9.de opt.lega.
L.19.de aur.arg.mund.leg.
L.33.eod.
L.34.eod.
L.1.de aq.& aq.plu.arc.
L.29.de ſtatu liber.
L.39.eod.
L.23.de liber.cau.
L.3.de acq.poſſ.
L.1.quod vi aut clam.
L.5.eod.
L.115.de verb.oblig.
L.76.de furt.

L.17.

DEORVM CVLTVS A QVIBVS SIT IN LATIVM PRIMO INTRODVCTVS, QVAEVE PRIMA SACRA FVERINT.

Qui primus in Latio Deorum cultum demonſtrârit & inſtituerit, in tanta temporum antiquiſsimorum obſcuritate ſatis non conſtat. Quidam Ianum religionis authorem fuiſſe arbitrantur, quem Numa deinde belli pacisque indicem conſtituit, authore Liuio libro primo, Dec. 1. Quidam Faunum antiquiſſimum in Latio Regem, qui Erictonij ſecundi Troianorum Regis tempore, Aboriginibus imperauit: plerique Euandrum ex Arcadia profugum. Hoc certum eſt, Pani Lycæo omnium Deorum primo, quos vetus religio excoluit, rem diuinam eſſe factam, ludosque inſtitutos, qui Lupercales dicebantur: quòd huius inuocatione Lupi à ſtabulis arcerentur: vel quòd à Lupa Romulus & Remus educati credebantur: vel

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Conc.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni ante Christo.
184 ex comp. Halo.	Secundò, legem tulit de Sacerdotijs, vt in cooptandis Sacerdotibus cuiuſuis ratio haberetur, cùm Lex Licinia ann. vrb. 609. lata, ſacerdotes non à collegijs, ſed per populum fieri vellet. Tertiò, tulit de fœnore legem, de qua Suetonins in vita Cæſar. Tacit. lib. 5. Cæſ. lib. 3. Ex hac lege beneficium ceſsionis bonornm promanauit, quo primò ciues Romani duntaxat vtebantnr. L. 4. C. qui bon. ced. poſſ. & in Cod. Theodoſ. lib. 4. tit. qui bon. ced. poſſ. ex lege Iulia. Deinde ex Diuor. fratrum conſtitutione prouincijs etiam conceſſum eſt. L. legis. C. eod. qui bon. ced. poſſ. Quartò, tulit legem de libertatibus, vt Imperator, cùm ſeruum manumittit, non vindictam imponat, ſed ſimpliciter liberum eſſe iubeat. Refertur à Paulo in L. apnd eum. 14. ff. de manumiſſ. Adde Dionyſ. libr. 55. & 5. inde adeò autem. Auth. vt liberti de cætero aureo annulo non indigeant, vbi Iuſtinianus, quædam ex hac lege ſuſtulit, illa pręſertim, quę loci, ſexus, ętatisue diſcrimen cócernebant. Quin-	708	709	IIII. C. IVLIVS CAESAR. IIII. & ſolus. Cæſar quartò Coſ. abdicauit, ſuffecto C. Trebonio & Q. Fabio Maximo, cui extremo anni die mortuo ſucceſsit in magiſtratu Rebil. Eodem hoc anno Cæſar Imperatoris titulum deſumpſit.	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à na to Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
L.17. de legatio. L.25. de verb.ſig. L.98.eod. *Citatur Q. Mutius in Inſtitut.* Tit. de ſociet.§. de illa & ſequ. *Citatur idem in Nouella 22.* §.cæterùm ſi fideiuſſor. C. AQVILIVS GALLVS. Non ex recentiore illa, ſed ex veteri Gallorum familia nobilis, & eques Romanus fuit. Vixit cum M. Tullio Cicerone familiariter, id quod ex Topicis & lib.3. Offic. colligere licet. Hunc idem Cicero in libr. de Clar. Orator. acutũ fuiſſe hominem, promptamq́ue & paratam in agendo & reſpondendo celeritatem habuiſſe tradit. Prolata eſt ab Aquilio de dolo malo formula, quam Cicero libro tertio de Natur. Deor. & libr. tertio Offic. euerriculum omnium malorum appellat. Extat eiuſdem Aquilij formula de poſthumis hæredibus inſtituendis, ſub L. Gallus. ff. de liber. & poſthum. Plura de Aquilij laudibus & ſingulari iudicio ſcire cupiẽs, Ciceronem in Oratione pro Cecinna, & Valer. libro octauo, cap.2. videat. *Cita-*			vel quod templum, in quo Pan colebatur, Lupercal veteres appellarent, vel à Lycæo Arcadiæ monte, vbi religio illa præcipuè viguit, non enim de nomine ſatis conuenit. In his ſacris nudi primò paſtores decurrebant, poſt etiam apud Romanos, nobiles adoleſcentes, & magni nominis viri, qui laruis tegebantur, lora ferentes præ manibus, quibus obuios cæderent. Eratq; huic Deo dicatisq́ue Sacerdotibus præcipua ex eo veneratio, quod quæ mulieres ex ſuis viris vel concipere, vel conceptos fœtus edere non poſſent, ad Lupercos confugiebant. A quibus vbi loris cæſæ fuiſſent, è veſtigio grauidæ & effætæ reddebantur. Plura de Lupercalibus ſcire deſiderans, Liuium videat libro primo. Ouidium Faſtor. ſecundo. Iuſtin. libro quadrageſimotertio. Plutarch. Prob. 67. Valer. Maxim. tit. 1. capit. 18. Feneſtel. cap.1. Pomp. cap.2. DE			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Conc.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	Quintò,vnà cum Bibulo conſul,legem tulit, vt Achaia, Theſſalia, cunctaque Græcia liberæ eſſent,neq; in ijs magiſtratibus Pop. Rom. ius dicere liceret. Cic. pro Domo,in Piſonem.				
	2. Vt magiſtratui tranſeunti, ſimul & comitatui fœnum, aliaque ab oppidis & vicis ſubminiſtrarentur. Cic.ad Attic.lib.5.			V.	
		709	710	C. IVLIVS CAESAR.V. M. ANTONIVS.	
	3. Vt duabus in ciuitatibus Prouinciæ ſuæ magiſtratus decedeutes rationes ſuas reliuquetent,eaſdemque totidem verbis ad ærarium referrent.Cic.epiſtol.Famil. lib.5.epiſt.20.			Hoc anno,Idibus Martijs, cùm Cæſar in curiam Pompeianam delatus eſſet, à coniuratis ibidem confoditur: ab eoq; tempore per duodecim annos perpetuos ſub triumuiratu, mirum in modum res Romana conquaſſata eſt: donec ſolus ad imperij gubernacula Cæſar Octauianus perueniret.	
	4. Ne coronarium aurum ijs qui prouiucias obtinerent, vel decerni,vel ab ipſis accipi liceret,niſi decreto triumpho. Cic.in Piſon.				
	5. Ne quis aut de prouincia exercitus deduceret, aut bellum ſua ſponte iniuſſu populi vel Senatus gereret. Cic.ibid.				
	Sextò,tulit legem Agrariam,cuius duo reperiuutur capita.				
	1. Vt ager Stellas maioribus conſecratus,itemq; Campanus ad ſubſidia				

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menses.	Dies.

Citatur Aquilius Gallus in

L.2.de orig.iur.
L.6.ſi ſeruit.vend.
L.17.de act.emp.
L.29.de liber.& poſthum.

Hac lex eſt ex difficillimis vna, vide ad eam Alciat. Goueanum, Lalium Taurellum, Salomonii, Coraſium, Rubeum, Carolum Ruinum, & plures alios.

L.74.de hæred.inſtit.
L.33.de vulg.
L.30.de lega.lib.1.
L.127.eod.
L.29.de lega.lib.3.
L.32.de aur.arg.mund.leg.
L.39.de ſtatu lib.
L.7.quod vi aut clam.
L.18.de acceptil.
L.77.de verb.ſig.

Deſumpta eſt hac lex 77. ex tit. de aqua plu.arcenda.

Citatur idem Aquilius Gallus in Inſtitu.

Tit.Quib.mod.tol.obliga. §.eſt autem.

BALBVS LVCILIVS

Vel, vt quidam legunt, L. Lucilius Balbus, vnà cum alijs Q. Mutij Scæuolæ P. M. diſcipulum egit, & præter iuris cognitionem Stoicæ philoſophiæ deditus fuit: In qua etiam

DE POTIIS ET PINARIIS HERCVLIS SACERDOTIBVS.

Proxima Lupercalibus, ſacra fueruut Herculis, ab eodem Euandro Palatinum mõtem tum temporis tenente inſtituta. Occaſionem rei talem legimus. Hercules cæſo Geryone in Erythra Oceani Hiſpani inſula, abactoq; boũ armento, in Latium venit, & propè Tyberim laſſus procubuit. Cacus loci accola, captus boum pulchritudine prę dam auertere inſtituit: ac ne ſi prædam agendo in ſpeluncam compuliſſet, veſtigia eò quærentem dominum ducerent: auerſos eximium quenque pulchritudine in ſpeluncam traxit. Hercules ad primam aurorã ſomno excitus, cùm gregem perluſtraſſet, partemq́ue numero abeſſe cerneret: perrexit ad proximam ſpeluncam, ſi fortè eò veſtigia ferrent: quæ cùm o-

C mnia

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cons.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anno ante Christo.
	ſidia Reipubl. vectigalis relictus, plebi diuidetentur.				
	2.				
	Vt qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum fineſue dolo malo mouerint, quinquaginta aureos dare in publicum damnentur, eiusque rei actio, petitio, ei, qui volet, detur. Refert Caliſt. L. 3 .ff. de termi. mot.			Imperante	
	Septimò, tulit legem Dictator: Ne prouinciæ Prætoriæ, plus quã annum, néue plus quàm bienniũ Conſulares obtinerentur.			C. IVLIO CAESARE primo Pop. Romani Imperatore.	
	Octauò, tulit legem, vt ei, qui in ſuas leges non iuraſſet, capitale eſſet. App. lib. 2. Bell. ciuil.			Impe-	
	Nonò, tulit legem repetundarum, cuius varia fuére capita.				
	Caput primum, Magiſtratus vrbanos concernit.				
	Ne quis ob ſentẽtiam in Senatu conſilióue publico dicendã, vel ob accuſandum vel non accuſandum pecuniam accipiat: vtque vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtineant: néue plus doni munerísue in anno accipiant, quàm ſit aureo-				

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
iam tantos progreſſus fecit, vt cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. Extat huius Balbi mentio apud Cicteronem in Bruto, vbi doctum hominem & eruditum vocat, in quo tamen vtraque re conſiderata fuerit tarditas. *Balbus Lucilius citatur in* L.2. de orig. iur.			mnia foràs verſa videt, confuſus atque incertus animi, ex infenſo loco agere porrò armentum cœpit. Inde cùm actæ boues, forte, vt fit, ad deſiderium relictarum mugiſſent: reddita vox incluſarum in ſpelunca bouem Herculem conuertit. Quem dum Cacus ab ingreſſu, vi prohibere conatur, claua ictus occubuit. Concurſus trepidantium paſtorum aduenam reum cædis faciunt apud Euandrum, qui literarum miraculo inter rudes artium homines ea tum loca regebat.			
SEX. PAPYRIVS. Ex antiqua & celebri Papyriorum familia natus, Seruiū Sulpitium in iure inſtituit: à quo & in memoria hominum conſeruatus eſt: cùm alioquin ſuis ſcriptis parum celebris exiſteret. *Citatur Papyrius in* L.2. de orig. iur.			Is habitum formamq́; viri aliquanto ampliorem & auguſtiorem, quàm humanam, intuens, quis ſit rogat. Vbi nomen patremq́ue ac patriam audiuit: Ioue nate Hercules ſalue, inquit, te mihi mater veridica interpres Deûm acturum cœleſte numen cecinit, tibiq́ue aram hic dicatam iri, quam opulentiſsima olim in terris gens maximam vocet, tuoq́ue ritu colat.			
C. IVVENTIVS. Vel (vt apud Ciceronem eſt) T. Iuuentius ex eodem Q. Mutij auditorio prodijt. In forenſi cauſarum genere multum valuit, Cicerone teſte, lentus quidem in dicendo & penè frigidus: ſed & callidus, & in capiendo aduerſario verſutus, præterea nec indoctus, & magna cum Iuris ciuilis			Dextra Hercules data accipere ſe omen, impleturumq́ue fata, ara condita ac dicata ait. Quo facto epulum populo dedit, & ſacrum à Potijs & Pinarijs, quæ tum familiæ maximè inclitæ illa loca incolebant, fieri voluit. Id quod longo poſt tempore obſeruatum eſt, donec ſublata tandem vtraque familia publicis ſeruis ſacri cura demandata eſt.			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni a nato Chriſto.

aureorum centum. Recitat hæc verba Venuleius in L. 6. §. fin. ff. ad L. Iul. repetund.

e.

Magiſtratui vrbano & prouinciali commune eſt.

Ne quis ob iudicem arbitrumue dandum, vel mutandum, iubendumúe vt iudicet: néue ob nō dandum, non mutandum, nonúe iubendum vt iudicet: néue ob hominem in vincula publica conijciendum, vinciendum, vincirîue iubendum, exúe vinculis dimittendum: néue quis ob hominem condemnandum, abſoluendumúe: néue ob litem æſtimandam, iudiciū capitis pecuniæúe faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat. Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentumúe publicè dandum, præbendum, approbandum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita lege erunt.

3.

Ad Magiſtratus prouinciales pertinet.

Ne

Imperante

C. IVLIO CAESARE,

primo Pop. Romani Imperatore.

Impe-

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
ciuilis intelligentia. Sunt quidam (vt & hoc obiter addam) qui T. Iuuentium, cuius hic Cicero meminit, alium à C. Iuuentio fuiſſe, & multis pòſt Seruij iuuentutem annis numerandum, ex temporum ratione colligant.			Illud notatu dignum, quod qui diuites fieri cupiebant, Herculi ſacra facerent: hincque Luculli opes promanaſſe literis proditum eſt.			
			Plura de his ſacris tradunt Liuius libro primo, Halicarnaſſ. libro primo, Virg. 8. Aeneid. Ouid. Faſtor. 1. Iuſtin. libro 43. Dion libro 5. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 2. Varro libro 1. de lingua Latina, Feneſt. cap. 2. Pompon. ibid.			
Citatur Iuuentius in L. 2. de orig. iur.						
P. SERVIVS SVLPITIVS						
Ex nobiliſsima pariter & auriquiſsima Sulpitiorum familia natus, & ſub quatuor præcedentibus Iuriſconſultis inſtitutus; tardè quidem ad iuris ſtudium acceſsit, ſed tamen citò ſe abſoluens eminentiæ palmam omnibus præripuit. Cicero in libro de Claris Oratoribus non facilè aliũ inueniri dicit, qui plus ſtudij quam Sulpitius, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuerit: quem & ab ineuute ætate paribus cum ipſo doctrinis exercitatum fuiſſe, cumque veritum, ne fortè ſecundas in eloquentia partes haberet, effeciſſe, vt in iure primus eſſet, idque adeptum eſſe: vtpote qui longè omnium non modò eiuſdem ætatis, ſed eorum etiam, qui antea fuiſſent, in iure ciuili Princeps haberetur.			C 3 DE			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	Necui qui in prouincia cum poteſtate imperióue eſſet, pecuniam capere, conciliare liceret: extra quàm ſi ad templum monumentumq́ue capiat.				
	Ne magiſtratui prouinciali in liberos populos de pecunijs creditis ius dicere liceret.			Imperante	
	Ne de prouincia exiret, aut exercitum inde ſua authoritate educeret: bellum ſua ſponte gereret: in regnum alienum iniuſſu Senatus ac populi accederet.			C. IVLIO CAESARE,	
	Ne quis Proconſul aut Prætor legatum ſuum ante ſe de prouincia dimitteret. L. meminiſſe. ff. de offic. Proconſ. §. fi. vbi ex libro decimo Vlpiani, de offic. Proconſ. refertur.			primo Pop. Romani Imperatore.	
	Modus præterea diplomatum, nauium, frumentiq́ue exigendi conſtitutus erat. Cautum etiam vt libertas ſocijs ac pręmia ob merita in Rempub. data, integra eſſent. His addi poſſunt nonnulla alia ex hac lege magiſtratui prouinciali iniuncta, quæ partim iam antè retulimus, partim ex tit. ad L. Iul. repetund. colligere licet.			Impe-	
	Verſa-				

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

tur. Meminit huius Sulpitij idem Cicero libr. epiſtol. Famil. 7. ad Atticum lib. 5. Gellius lib. 2. cap. 10. & lib. 6. ca. 8.

Citatur Seruius Sulpitius in

L. 2. de orig. iur.
L. 21. de negoc. geſt.
L. 1. de dolo.

Ad hanc legem & totum titulum habes doctiſſima Commentaria Domini Iacobi Cuiacij.

L. 26. ex quib. cau. ma.
L. 40. de recep.
L. 80. de iudic.
L. 6. Si ſeruit. vind.
L. 17. quemad. ſeruit. amit.
L. 1. ſi quadr. pauper. fec.
L. 5. de his qui effud. vel deiec.
L. 3. de condic. tritic.
L. 2. de leg. Rhod.

Deſumpta eſt hac lex 2. ex L. Si in lege. 24. tit. Locati. Explicat eandem D. Cuiacius lib. Obſeruat. 3. cap. 2.

L. 9. de pecula.
L. 17. eod.
L. 52. pro ſoc.
L. 65. eod.
L. 80. de contr. emp.
L. 13. de act. emp.
L. 15. Loca.
L. 19. eod.
L. 35. eod.
L. 69. de euictio.

L. 8.

DE SACERDOTIO FRATRVM ARVALIVM.

Fratres Aruales, vt fruges ferrent arua, veteres conſuluiſſe Romanos, memoriæ traditum eſt. Huius religionis Romulus author extitit, hac occaſione: Acca Laurentia Romuli nutrix corpore ſuo quæſtum faciens, grandem pecuniæ ſummam congeſsit, quam Pop. Romano legauit. Cumque ex duodecim liberis, quos ſuſceperat, vnum amiſiſſet, Romulum in demortui locum adoptionis iure ſubſtituit. Huius igitur tum liberalitatis, tum regiæ coniunctionis non immemor Pop. Romanus, Accæ Laurentiæ nomen in Faſtos retulit: liberos fratres Aruales appellauit. Ex eo tẽpore ſacerdotiũ cœpit fratrum Arualium, quos à numero liberorum nutricis, XII. eſſe, albiſq; infulis & ſpicea corona inſigniri Romulus voluit.

 Plura

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Conſ.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto
	4. Verſatur circa eos, qui nulla præditi ſunt poteſtate, ſed curationem tantùm ſuſtinent, vel legationem: vel quod aliud officium, munus, miniſterinmúe publicum habent, vel qui ex cohorte eorum ſunt. de quibus intelligenda videtur L. 1. ff. ad L. Iul. repet. 5. Ad priuatos pertinuit, qui ob negocium faciendum aut non faciendum, per calumniam pecuniam acceperunt: ſiue ante indicium ſiue poſt iudicium cœptum. L. 1. ff. de calumnia. Eodem legis Iuliæ capite tenentur, qui ob denunciandum vel nō denunciandum teſtimonium pecuniam acceperunt. Fuerunt & ab alijs hoc tempore leges quædam latæ, quæ paſsim hinc inde ab authoribus recenſeri ſolent. Inter cæteras etiam Lex Aquilia prodijt, cuius capita & exempla ab Vlpiano & Paulo relata, in digeſtis habes ſub tit. ad L. Aquil. & de authore diximus aliqua in Aquilio Iuriſconſulto. TRIVM-			Imperante C. IVLIO CAESARE primo Pop. Romani Imperatore. An.	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

L.8.de nau.fœno.
L.79.de iur.dot.
L.66.ſolnt.matrim.
L.3.de tutel.
L.4.de fideiuſſo.&nomina: tutor.
L.25.qui teſta.fac.poſſ.
L.17.de hæred.inſt.
L.45.eod.
L.28.de cond.inſt.
L.30.de lega.lib.1.
L.63.eod.
L.29.de lega.lib.3.
L.57.eod.
L.62.eod.
L.6.de dot.præl.
L.12.de fund.inſtr.vel inſtr. leg.

Vide ad hanc legem D. Cuiacium, Obſeruat. lib. 1. cap. 28.

L.15.eod.
L.16.eod.
L.3.de pœn.lega.
L.7.de ſuppellect.lega.
L.4.de aur.arg.mnnd.leg.
L.19.eod.

Ad huius legis §. infecti, vide Beroald. in annotat. ad Pandect. legal. Ad §. peruenia mus, adde Laurent. Vallam libr. 6. elegant. cap. vlt. ad §. ſi cui eſcarium, habes D. Cuiac. libro 2. Obſeruat. cap. 6.

L.27.eod.
L.39.eod.
L.6.de cond.& demon.
L.40.eod.
L.1.de ventr.in poſſ.mitt.
L.1.de bon.libert.
L.8.de grad.affin.
L.24.de dam.infect.
L.35.de mann.teſta.
L.48.eod.
L.3.de ſtatu lib.

L.39.

Plura de fratribus Arualibns, vide apud Gell. libr. 6. cap. 7. Macrob. 1. Satur. Plutarch. Probl. 33. Lactant. cap. 20. Varro. lib. 2. de lingna Latin. Ouid. Faſtor. 5. Pli. lib. 18. cap. 2. hiſtor. nat.

DE AVGVRIIS ET AVGVRVM DISCIPLINA.

Angurandi ars antiquiſsima à Chaldæis ad Græcos, à Grçcis ad Hetruſcos, ab his ad Latinos deuenit. Diſciplinam hanc Romulo non ignotam fuiſſe, apud Ciceronem legimus. Quo verò tempore ſacerdotium eſſe cœperit, quis inaugnrandi ritus, quæ obſeruatio fuerit: eleganter Liuius lib. 1. Decad. 1. oſtendit, vbi Numę Pompilij electionem commemorat. Accitus, inquit, ſicut Romulus auguratò in vrbe condenda regnnm adeptus eſt, de ſe quoque deos cõſuli inſsit. inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumq; ſacerdotium fuit: deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit, angur ad læuam eius capite velato

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Conſ.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à noſtro Chriſto
	20. Mulieri accuſandæ ſex menſes vtiles dantor, poſtea accuſare ne liceto.			*An. Imperij XXV. à deuict. Anton. XXIIII. à Triumuira. XXXVII.*	
	21. Adulterum, adulteramúe poſt quinquenuium continuum quàm commiſſum eſſe adulterium dicetur, accuſare ne liceto: eaque præſcriptio adultero adulteræúe vtilis eſto.	746	747	CL. TIBE. NERO. II. CN. CALPHVRNIVS PISO. II. His Coſſ. factum eſt Senatuſconſultum Piſonianum, de quo in L. Senatuſconſulto. ff. ad S. C. Sillan. Vide Tacit. lib. 13. & 14. Cuiac Obſeru. lib. 1. cap. 18.	
	22. De ſeruis ancillisúe eius, de quo vel de qua quæretur, parentisúe vtriuſque eorum, qui eis ad vſum à parentibus dati ſint, ſi accuſator poſtulet, quæſtionem habeto.				
	23. Quæſtioni reus reáue patroníue eorum, & is qui crimen detulit interſunto. Patronis interrogandi facultas eſto.				
	24. Seruus de quo quæſtio habita fuerit, publicus eſto.			*An. Impe. XXVI. à deuict. Anto. XXV. à Triumuira. XXXVIII.*	
	25. Si reus vel rea abſoluti fuerint, ſeruorũ damnũ iudices æſtimãto: ſiue mortui ſint, quãtæ pecuniæ ante quæſtionẽ fuerint: ſiue ſalui, quã tæ	747	748	D. LAELIVS BALBVS. C. ANTISTIVS VETVS. Mecœnas Auguſti Conſiliarius obijt. *An.*	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à n.i to Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

Q. AELIVS TV-BERO

Patricius Romanus, & iuris tam publici quàm priuati doctiſsimus, Ofilio dedit operam. Reliquit libros non paucos, qui tamen (vt Pomponius refert) propter affectatum & antiquum ſcribendi genus, non vſque adeò fuêre grati. Vt enim vita, ſic oratione durus erat, incultus & horridus. Hic eſt ille Tubero, contra quem Cicero Ligariũ defendit, cuius etiam preces & facundia plus apud Cæſarem ponderis habuerunt, quã vel Ligarij crimen, vel Tuberonis Oratio. Ab eo igitur tẽpore & infelici accuſatione Tubero à cauſis agendis ad ius ciuile tranſijt.

Citatur Quintus Tubero in

L.2. de orig.iur.
L.2. de vſu & habit.
L.5. de pecul.
L.6. eod.
L.7. eod.
L.77. de contr.emp.
L.13. de act.emp.
L.29. de lega.lib.3.
L.43. eod.

Coniunge L. Si certa. 75. ff. pro ſoc.

L.7. de trit.vin.& ol.lega.
L.25. de fund.inſtr.vel inſtr. leg.
L.7. de ſuppel.leg.
L.32. de aur.arg.mund.leg.
L.1.

eſſe. Hæc eadem paucis mutatis repetit, fines attingẽs, portã ingrediẽs, in forum delatus, & ad quemcunque obuium. Si non deduntur, quæ ex poſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolennes ſunt) peractis, bellum ita indicit: Audi Iupiter, & tu Iuno, ac Qnirine, dijq́ue omnes cœleſtes, vos terreſtres, voſq́ue inferni audite. Ego vos teſtor, Populum illum) quicunque eſt nominat) iniuſtum eſſe, neque ius perſoluere. Sed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus, quo pacto ius noſtrum adipiſcamur. Cũ his nuncijs Romam redit, confeſtimq́ue Rex, Dictator, Conſul, ſiue quis alius Senatum habuerit, his ferè verbis Patres conſulit.

F 4 Qua-

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
194	tæ pecuniæ in his damnum datum fuerit, factumúe erit. 26. Serui qui quæſtioni poſtulari poſſunt, intra ſexaginta dies ex die diuortij ne manumittuntor néue alienantor. 27. Adulterij damnato damnatæúe, teſtimonij dictio ne eſto. 28. Diuortia ſeptem ciuibus Romanis puberibus, teſtibus adhibitis, præter libertum eius, qui diuortium faciet, poſthac faciunto. Aliter facta pro infectis habentor. 29. Dotale prædium Italicum, maritus inuita vxore ne alienato, néue conſentiente ea obligato.	748	749	*An. Imperij XXVII. à deuict. Anton. XXVI. à Triumuira. XXXIX.* C. CAESAR OCTAVIANVS. A. XII. L. CORNELIVS SVLLA. Sunt qui Sullam hîc omittant, Octauiani tantum mentionem facientes.	
	Secunda fuit de ambitu, vt qui petiturus magiſtratum vel prouinciam, vel ſacerdotium, turbam ſuffragiorũ cauſa conduxerit, ſeruos aduocauerit, alienamúe quã multitudinẽ conduxerit, cõuictus vt vis	746	750	*An. Impe. XXVIII. à deuict. Anto. XXVII. à Triumuira. XL.* C. CALVISIVS SABINVS. II. L. PASSIENVS CRISPVS. Quidam pro Criſpo Rufum habẽt: Alij Sabinum & Rufinum. Sunt qui vtrunque prorſus omittant.	

An.

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à na. to Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

L.1. de aq. & aq. plu. arc.
L.72. de verb. oblig.

Vide tit. com. diuid. ex quo hæc lex deſumpta eſt.

Citatur & alius Q. Tubero Stoicus, Panſæ auditor in,

L.2. de orig. iur.

ATEIVS CAPITO

Auo Centutione Syllano, Patre Prætorio genitus, excellenti Iuris vtriuſque cognitione floruit, ſi Gellio credimus, & Cornelio Tacito: quorum ille Capitonem iuris priuati & publici peritiſsimum fuiſſe ſcribit: hic ſtudijs ciuilibus principē in ciuitate locū aſſecutū tradit. Offilium præceptorem habuit. Geſsit & conſulatum cum Germanico Cæſare, an. ab vrb. cond. 746. Scripſit Commenta. ad XII. Tab. & multa alia, quæ paſſim citantur à Gellio, Feſto, Macrobio, Nonio, Frontino & alijs.

Citatur Ateius Capito, in

L.2. de orig. iur.
L.13. de ſeruit. præd. vrb.
L.29. de ritu nupt.
L.79. de iur. dot.
L.30. de lega. lib. 3.
L.39. de aur. arg. mund. leg.
L.2. de aq. plu. arc.

ANTI-

Quarum rerum litium, cauſarum conduxit Pater Patratus Pop. Rom. Quiritium Patri Patrato priſcorum Latinorum, hominibusq; priſcis Latinis, quas res nec dederunt nec fecerunt, nec ſoluerunt, quas res fieri, dari, ſolui oportuit: Dic (inquit ei quem primū ſententiam rogat) quid cenſes? Tum ille, puro pioque duello quærendas cenſeo; Itaque conſentio conſiſtoque. Inde alij ordine rogabantur, & quando pars maior eorum qui aderant in eandem ſententiam ibat, bellum communi conſenſu decernebatur, quod Fœciales deinde iactu haſtæ, vt dictum eſt, indicebant.

Vide quæ de Patre Patrato ſcribat Liuius lib. 1. Gell. cap. 4. libro 16. Plutarchus Proble. 62.

DE

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cons.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	vt vis publicæ reus in inſulam deportetur. Sueton. in Auguſt. 2. Si quis reus vel accuſator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit: id eſt, aureos centum fiſco inferre iubetur. Ita Modeſt. in L. vnica. ff. ad L. Iul. de ambit.			*An. Imperij XXIX. à deuict. Anton. XXVIII. à Triumuira. XLI.*	
	Tertiò, tulit legem de peculatu, ſacrilegiis, & de reſiduis, quorum omnium ſummam & exempla ex tit. ſuis petere licebit. Quibus adde in ſpecie, de peculatu quidem, Alexandrum Imperatorem; qui tanto odio iudices hoc crimine notatos proſecutus eſſe fertur, vt quoties talis ei occurreret, paratum ſemper digitum haberet, vt pro pœna oculũ illi erueret. Lamprid. in Alex. De Sacrilegio habes inſignia exempla in Pleminio Scipionis legato, & C. Verre Siciliæ Prætore. Exempla de reſiduis recenſentur apud Liuium libr. 33. Apud Ciceron. pro Cluentio, pro Rullo: Aſcon. in Cornelia. Quartò,	750	751	CN. al. L. CORNELIVS LENTVLVS GETVLICVS. M. VALERIVS MESSALINVS. His Coſſ. (vt plerique ſupputant) VIII. Cal. Ianuar. natus eſt Dei filius IESVS CHRISTVS. Euſebius anno 751. ab vrb. cond. factum hoc ſcribit, qui annus ſecundum calculationem D. Contij in Conſulatum Octauiani XIII. Imperij XLII. incidit. Id quod alij quoque magni nominis viri non pauci comprobant. *An.*	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

ANTISTIVS LABEO

Patre Antiſtio Labeone ſapientia illuſtri natus, veteris Antiſtiorum familiæ gloriam adauxit. Capitonis ſenteutia legum atque morum populi Romani, iurisque ciuilis doctus apprimè fuit. Ius didicit à Trebatio. Conſulatum ab Auguſto oblatum renuit. Plurimam ſtudijs operam dedit, vnde etiam quadraginta, vel (vt quibuſdam placet) quadringenta volumina conſcripſit. Meminit huius Antiſtij Gellius lib.13.cap.12. Auguſt. lib.2.de ciuitate Dei. Sueton. in Aug. De patre Labeone Ciceronem videre licet in Bruto, & Appian.lib.Belli ciuilis primo.

Ex Antiſtij Labeonis libris octo πιθανῶν ſubſequentes leges ſumpta ſunt.

Ex lib.1.

L.53.de act.emp.
L.62.loca.
L.29.de inſtr. vel inſtr.leg.

Ex lib.2.

L.34.depoſiti.
L.25.de hæred.vel act.vend.
L.54.de act.emp.

Ex

DE SACRORVM REGE,

ſiue

REGE SACRIFICVLO.

Rex ſacrorum, qni & Sacrificulus dicitur, creari cœptus eſt, Iunio Bruto & M. Valerio primis Coſſ. Eius creandi occaſionem dedit, quod cùm nupet exactis Regibus pleraque ſacra ab his ſolis obiri ſolita, vacare viderentur, idque moleſtè admodum populus ferret, cùm diuino cultui regum exactione derogatum crederent: ſacerdotem creari placuit, qué, quo minus authoritatis ei deeſſet, regio nomine decorârunt, ſacrorum regem appellantes. Subiectum tamen Pontifici Maximo eſſe voluerunt, ne ſi nullius obtemperaret imperio, reges rediiſſe putarentur.

Primus

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Caton.*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	CONSVLES.	*Anni à nato Chriſto.*
	Quartò, tulit legem iudiciariam, vt iudicia ad duo genera redigerentur, Eqneſtris ordinis & Senatorij. Tribuni ærarij, quod erat tertinm, tollerentur. Gell. lib. 14. cap. 2. Dion. lib. 43. Sueton. in Cæſare.			*An. Imperij X X X. à deuict. Anton. X X I X. à Triumuirat. X L I I.*	
	Quintò, tulit legem de vi, quæ vt duplex eſt, publica & priuata: ita duplicem qnoque legem Iulij de vi vtraque promulgatam habemus.	751	752	C. CAESAR OCTAVIANVS. A. XIII. M. PLAVTIVS SILVANVS.	
	De vi publica Lege Iulia tenetur, qni arma, tela domi ſuæ, in agróue in villáue præter vſum venationis, vel itineris, vel nauigationis çoegerit. 2. In eadem cauſa ſunt, qui turbæ, ſeditioniſúe faciendæ conſilium inierint, ſeruosq́ue aut liberos homines in armis habuerint. 3. Eadem lege tenentur, qui peſſimo exemplo conuocata ſeditione, villas expnguauerint, & cum telis & armis bona rapnerint. Tene-			His Coſſ. (ſi conſtat Haloandri ſupputatio) lata eſt Lex Fuſia Caninia, à P. Furio Camillo & C. Caninio Gallo. Extant huius legis capita apud Vlpia. in Inſt. & Paul. lib. 4. Inſtit. vide §. 1. & tot. tit. Inſt. De lege Fuſ. Canin. tollenda. Eundem hunc annum primum à natiuitate Chriſti numerant, qui natalem in Lentuli & Meſſalini Conſulatum incidiſſe tradunt. *An.*	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

Ex lib. 3.
L.42. de ſtatu liber.
Ex lib. 4.
Nullæ ſumptæ ſunt.
Ex lib. 5.
L.22. de auto. tuto.
Ex reliquis lib.
Nullæ ſumptæ ſunt.

Citatur Labeo lib. πιθανῶν, in

L.246. de verb. ſig.

Ex Labeonis libris decem poſteriorum.

Ex lib. 1. 2. 3.
Nullæ ſumptæ ſunt.
Ex lib. 4. ſumpta eſt
L.42. de liber. cau.

Citatur Labeo eodem lib. in

L. 13. de hæred. inſt.
L.17. eod.

Ex reliquis libris

Nullæ ſumptæ ſunt.

Citatur tamen Labeo lib. 9. poſteriorum

L.3. de pœn. lega.

Idem citatur lib. 37. in

L.9. de dol.

Adde L. Si mandauero. 42. ff. mandati.

Citatur & lib. 38. in

L.9. ad l. Iul. pecul.

Citatur idem Labeo libris poſteriorum.

L.2. de vſu & habit.
L.6. de cond. indeb.

Simi-

Primus Rex Sacrificulus creatus eſt C. Manius Papyrius, vir quietis ſtudioſiſsimus, idem, qui Numę Pompilij leges ab Anco Martio tabulis quernis inſcriptas in publicum reduxit.

Adde hîc Liuium in princip. 2. & Dion.

DE GALLIS SACERDOTIBVS MATRIS DEORVM.

Cybele, quæ & Rhea à parte montis Dindymi dicta eſt, omnium Deorum mater à priſcis credebatur. Huius ſimulacrum cùm ſecundo bello Punico Romam eſſet delatum: P. Scipioni Naſicæ datum eſt negotiũ, vt templum Deę magnificum ſtrueret, & eius cultui Sacerdotes dedicaret; quos more Deæ vetuſto caſtratos eſſe

G opor-

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
195	4. Tenetur & ille hac lege, qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam. 5. Qui in incendio cum gladio vel telo fuerit, vel dominum res ſuas ſeruare prohibuerit, eandem pœnam ſuſtinet. 6. Punitur hac quoque lege, qui puerum, vel fœminam, vel quenquam per vim ſtuprauerit. 7. Eiuſdem legis pœnam meretur, qui hominibus armatis poſſeſſorem domo agróue ſuo, aut naui ſua deiecerit, concuſſerit, expugnauerit. 8. Committit & ille in hanc legem qui cùm imperium poreſtatemúe haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationem necauerit, verberauerit, iuſſeritúe quid fieri, aut quid in collum coniecerit, vt torqueatur. 9. Similis pœna illum quoque manet qui Legatos, Oratores, comiteſúe eorum pulſaſſe, vel alioquin iniuriam intuliſſe arguetur. Eadem	752	753	*An. Imperij XXXI. à deuict. Anton. XXX. à Triumuirat. XLIII.* L. CALPHVRNIVS PISO AVGVR. COSSVS CORNELIVS LENTVLVS: poſtea Iſauricus. Qui Chriſti natalem in XIII. Conſulatum Auguſti reponendum cenſent: volunt hoc anno Cal. Ianua. circumciſum eſſe Saluatorem noſtrum: VIII. Idus Ianuarij à Magis adoratum: cęteraque omnia facta, quæ ab Euangeliſtis in primum Dominicæ incarnationis annum referri ſolent. *An.*	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menses.	Dies.

Similem text. habes in L. Si procuratori. ff. de condict. cau. data, &c.

L.65.pro ſoc.
L.45.de contr.empt.
L.47.de dam.infec.
L.21. de ſtatu lib.

Ex libris [illegible] *Labeonis à Paulo epitomatorum hæ ſumptæ ſunt.*

Ex lib.1.
L.21.ſi ſeruit.vind.
L.10,de leg.Rhod.

Ad §.fin.huius leg.10.vide quæ dicant Anto.Auguſti. Emendation.lib.3.cap.6.& Cuiac. Obſerua.lib.3.cap.2.

L.35.de pignor.
L.31.de lega.lib.3.
L.13.de dote præleg.
L.5.de inſtr.vel inſtr.leg.

Adde §.Si quis ancillas.Ver.Idem eſt.Inſt.de lega.qui cum L.5.pugnare videtur.

L.51.de bon.libert.
L.41.de ſtatu liber.

Ex lib.2.
L.67. de donat. inter vir. & vxor.
L.91.de furt.

Ex lib.3.
L.20.de vi & vi arma.

Ex lib.4.
L.78.de rei vind.
L.12.de ſuppel.lega.
L.28.de cap.& poſtlim.
L.244.de verb.ſig.

Ex lib.5.
L.9.de naut.fœn.
L.49.de vſurp.& vſuc.
L.23.de accep til.

Ex

oportebat, alia namque ratione ad hoc Sacerdotium aſpirare non poterant.

Inſtituti cauſa & occaſio talis traditur: Dilexit Cybele puerum quendam Phrygium, Atym nomine, cui præcepit, ne caſtitatem pollueret. Ille præcepti immemor, cum Sagaritide nympha concubuit, cũ qua deprehenſus à Dea, in vicinum montem (cui Didyma nomen eſt) confugit, ibique admiſsi facinoris pudore, membrũ quo deliquerat, abſcidit. Hanc ob cauſam Cybele, caſtratos quoq; Sacerdotes habere voluit: qui Galli dicti ſunt, à Gallo Phrygiæ fluuio, cuius hanc vim fuiſſe tradunt, vt qui ex eo biberent, ad inſaniam redigerentur.

Vide Liui. libr. 9. Decad. 3. Syllium in princi. 17. Ouid. lib. 4. Faſtor. ibi, Phryx. puer. &c.

G 2 DE

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cons.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	10. Eadem lege coercetur, ſi quis reum vinciat, impediatúe, quo minus Romæ intra certum tempus adſit. 11. Item, qui dolo malo fecerit, quò minus iudicia tutò exerceantur: aut iudices, vt oportet, iudicent: vel is, qui poteſtatem imperiumúe habebit, aliter quàm ei ius erit, decernat, imperet, faciat. 12. Item, qui ludos pecuniamúe ab aliquo inuito polliceri publicè priuatimúe per iniuriam exegerit. 13. Poſtremò, eiuſdem legis pœnam incurrunt, qui noua vectigalia imponunt. L. fin. ff. ad L. Iul. de vi publ. Sic Publius Feſtus & M. Fontanus de vi publica rei facti ſunt, quod portorium per vim inſtituiſſent. Hoc crimen Cicero Viuarium vocat.			C. CAESAR AVGVSTI FILIVS. L. AEMYLIVS PAVLVS. Hos Coſſ. ex Dione quidam Lentulo & Piſoni ſubſtituunt, eosque in annum ab vrb. cōdita DCCLIIII. referendos cenſent. Sunt alij, qui verbum de his nullum omninò faciant. Quæ cauſa eſt, quod nec ego temporis notas hîc addiderim.	

De

C. CAE-

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

Ex lib.6.

L.79.de rei vind.
L.84.de iur. dot.
L.65.de acq. rer. dom.
L.23.de excep.
L.91.de ſolut.
L.29.de capt.& poſtlim.

Ex lib.7.

L.28.de probat.

Ex lib.8.

L.30.de capt.& poſtlim.

Ex libris poſteriorum Labeonis à Iauoleno epitomatorum haſumpta ſunt.

Ex lib.1.

L.2.qui teſta fac.poſſ.
L.9.de vulg.& pup.

Ex lib.2.

L.20.de condir.inſtit.
L.29.de lega.lib.3.
L.30.eod.
L.17.de annn.lega.
L.31.de vſu & vſufr. lega.
L.6.de dot.præleg.
L.20.de opt.lega.
L.22.de pecul.lega.
L.31.de aur. arg. mund.leg.
L.14.vt in poſſ.lega.

Ex lib.3.

L.30.quand.dies leg.ced.

Ex lib 4.

L.19.de ſeruitut.
L.78.de contr.emp.
L.24.de hæred. vel act. véd.
L.50.de act.emp.
L.29.locati.
L.58.eod.

Ex lib.5.

L.80.de contr.emp.
L.51.de act.emp.
L.60.loca.
L.14.quibus modis pig. vel hyp.ſol.

Ex

DE DVVMVIRIS ET DECEMVIRIS SACRORVM.

Duumuiri à Tarquinio Superbo inſtituti fuerunt, ſacris libris legendis, fatiſqne populi Romani interprerandis prę poſiti. Iidem Apollinis ſacrarumque cætemoniarum Antiſtites erant, & quoties prodigia magnos rerum euérus portenderent, lectiſternijs ad puluinaria Deorum factis, vt illorum minas auerterent, ſacris & ſupplicationibus placabát. Huius ſacerdotij nullá ante mentionem reperi (dicit Feneſtella) quàm quo tempore ædes Caſtori, per filium Poſthnmi ſecundi Dictatoris dedicata eſt. Cæterùm, cùm multo tempore duo ad hoc Sacerdotium viri creati eſſent,

G 3 plebs

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Conſ.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſt.
	De vi priuata.			C. CAESAR OCTAVIANVS. XIII.	
	1. Lege Iulia de vi priuata tenetur, ſi quis eui hominibus coactis ſine armis vim feciſſe dicetur, neque is homo occiſus erit, præter infamiam publicatio tertiæ bonorum partis eſto.			L. AEMYLIVS PAVLVS.	
	2. Eadem pœna tenetur, qui ex naufragio aliquid dolo malo rapuerit.			Hos Coſſ. Caſſiodorus poſt Lētulum & Piſonem collocat. Sed eoſdem non minus, quam præcedentes plerique omittunt, & benè. Mendum enim eſſe apud Caſſiodorum tam in Auguſti cognomine, quàm in Conſulatus numero, præter antiquæ baſis inſcriptionē, quæ Aug. XIII. & M. Plautium Siluanum conſules habet: ex Tranquillo & Tacito euinci poteſt: quorum ille Auguſtum biennio poſt duodecimum conſulatum, decimumtertium cepiſſe ſcribit (vnde in annum à natiuitate Chriſti primū, rectè à nobis collocatus eſt.) hic verò numerū cōſulatuum Auguſti, Valeriū Coruum & C. Marium adæquaſſe tradit; ex quib. alter ſexies, alter ſepties cōſul deſignatus eſt. Ex quo manifeſtè colligitur, Auguſtum vltra XIII. Cōſulatum nullum amplius inijſſe; qui quem in locum reponendus ſit, iam antè ex Tranquillo oſtendimus.	
	3. Qui ſine iudice res debitoris occupauerit.				
	4. Qui cœtum concurſumque fecerit, quo minus quis in iudicium produceretur.				
	5. Qui quæſtionem de alieno ſeruo habuerit. Vide ff. & Cod. ad L. Iuliam de vi priu.				
	Sextò, tulit legem de crimine maieſtatis, quo tenetur				
	1. Is, cuius opera dolo malo conſilium initum erit, quo obſides iniuſſu principis interciderent.				
	Quo			An.	

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Chriſto.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*
Ex lib. 6. L.43. de negot. geſt. L.33. depoſ. L.84. pro ſoc. L.79. de iur. dot. L.56. de don. inter vir. & vx. *Citatur Labeo libro primo Pretoris vrbani,* *in* L.19. de verb. ſig. *Deſumpta eſt hac lex 19. ex tit. de minor. L. aut Prætor.* *Idem citatur libro trigeſimo Pretoris peregrini,* *in* L.9. de dolo. *Idem citatur lib.1. ad edictum,* *in* L.1. de fugitiu. *Idem citatur libris epiſtolarum,* *in* L.30. de vſurp. & vſuc. *Idem citatur libro 11. ſine nomine libri, in* L.7. de recep. *Citatur idem Antiſtius Labeo his locis, nec notato nomine, nec numero librorum.* L.2. de orig. iur. L.34. de adopt. L.7. de ſenato. L.6. de iuriſd. L.1. ſi quis ius dic. non obtemp. L.4. de in ius voc. L.11. eod. L.1. ſi ex noxal. cau. ag. L.2. ſi quis cautio. *Confer L. tranſactum. 2. de tranſactio.* L.9. eod. L.1.			plebs tandem obtinuit, vt qui Duumuiri in eum diem creati eſſent, Decemuiri deinceps crearentur, quinque ex patribus, totidem ex plebe electis. Hinc Decemuiri pro Duumuiris poſtea dici cœperunt. Plura de Duumuiris tradunt Dio. libr. 4. & Gell. cap. 19. lib. 1. **DE SEPTEMVIRIS EPVLONVM.** Septemuiratum Epulonum inter reliqua Romæ Sacerdotia in vſu fuiſſe, illud inter alia exemplo eſſe poteſt: quod in vacatione Veſtalis Sacerdotij, filia Septemuiri Epulonum inter alias Flaminum filias excuſationem merebatur. Quale officium Septemuirorum fuerit, nihil ſe reperiſſe Feneſtella refert, etiam mediocris authoritatis ac fidei. G 4 Pom-			

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	CONSVLES.	*Anni ante Chriſto.*
	2. Quo armati homines cum telis lapidibuſúe in vrbe ſint, conueniantque aduerſus Rempub. locáue occupentur vel templa, quóue cœtus conuentuſúe fiat: hominesq; ad ſeditionem conuocentur.			*An. Imperij XXXII. à deuict. Anton. XXXI. à Triumuira. XLIIII.*	
	3. Cuius opera & conſilio dolo malo conſilium initum erit, quo quis magiſtratus populi Romani, quiue imperium poteſtatemúe habet, occidatur: quóue quis contra Rempub. arma ferat.	753	754	P. VINVTIVS NEPOS. P. ALFINIVS al. M. Alphenus. VARVS.	3
	4. Qui hoſtibus populi Romani nuncium literasque miſerit, ſignumúe dederit, feceritúe dolo malo, quo hoſtes populi Romani conſilio iuuentur aduerſus Rempublicam.			Hos Coſſ. omiſſis alijs in proximum annum poſt Lentulum & Piſonem collocant Haloander, quíue Faſtos Conſulares ipſius reſtituit D. Contius.	
	5. Qui milites ſollicitauerit, concitaueritúe, quò ſeditio tumultuſúe aduerſus Rempub. fiat. Vide leg. 1. & totum tit. ff. ad. L. Iul. maieſta. Septimò, tulit legem: Ne prouinciæ Prætoriæ plus quàm annũ, neu			*An.*	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menses.	Dies.

L.1.de eden.

Adde ad interpretationem huius edicti. L.3. de excep. & praeſcr. & vide Alciat. libr. Diſpunct. 2. item libr. Parerg. 8. cap. 7. Confer quoque Duar. in Alciati ſententiam hoc loco inquirentem libr. 1. Diſpun. ca. 13.

L.4.eod.
L.6.eod.
L.2.de pact.
L.7.eod.

Adde L. Si vnus. §. pacta. eod. & vide quae de vtraque lege dicat Cuiac. lib. 1. Obſer. cap. 20. Habes quoque ad §. Quinimò. d. l. 7. nouam explicationem Coraſij, lib. 3. Miſcel. cap. 10.

L.25.eod.
L.27.eod.
L.1.de poſtul.

Vide quae in hanc Leg. 1. aduerſus Accurſij & aliorum ſententiam tradat Duar. libr. 1. Diſp. cap. 23. & Ioan. Coraſ. lib. 4. Miſcel. cap. 21.

L.1.de his qui not. infa.

Similem textum habes in L. 1. in prin. ff. de praeuar. & L. 4. §. 2. ff. de his qui not. infa.

L.4.eod.

Vide ad hanc leg. Coraſ. lib. Miſcel. 4. cap. 24.

L.8.eod.
L.33.de procur.

Similem tex. habes in L. rē quandam venalem. ff. de dolo malo.

L.34.eod.
L.3.de negot. geſt.

Vide quae hîc emendet Cuiac. lib. 13. Obſer. cap. 7.

L.6.eod.
L.10.eod.
L.19.eod.
L.9.quod met. cau.
L.14.eod.

L.1.

Pomponius ex Cicerone tradit, Veteres Pontifices ob multitudinem ſacrificiorum tres epulones creaſſe, illudque ſacerdotium ſatis antiquū fuiſſe, de tempore tamē nihil certi conſtare. Eodem authore tribus primis duo additi ſunt, ac tandem Theatralium ac Circenſium ludorū ambitione, ſeptem inſtituti ſunt.

Vide de Sacerdotio Septemuirorum plura apud Liuium libro tertio, Dionyſ. libro decimo & vndecimo, Valer. libro ſexto, cap. primo, Eutropium cap. duodecimo, libro primo. Vbi anno ab vrb. cond. 301. Epulonum Septemuiros inſtitutos eſſe putat. Euſebium in Chronologia, qui an. 302. annotauit.

DE

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Caton.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	neu plus quàm biennium Conſulares obtinerentur. Cicero in Philip. 1. & in Piſonem. Dion. lib. 43. Octauò, tulit legem de colonijs, vt ager Campanus viginti millibus ciuium extra ſortem diuideretur, eoque colonia deduceretur. Sueton. in Iulio & Auguſt.			*An. Imperij XXXIII. à deuict. Anton. XXXII. à Triumuira. XLV.*	
	Fertur & alia quædam Lex de infamibus, quæ Auguſti tempore lata eſt (ab eóne an à Senatu vel Tribunis plebis, incertum) cum Poetæ abuti licentius ſtylo, & paſsim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos: ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret.	754	755	L. AELIVS LAMIA. M. SERVILIVS GEMINVS.	4
	Meminit huius legis ex Horatio Donatus in Terentium: *— Lege lata ſiluêre.* *— Lex eſt accepta, chorusq́ue* *Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.* Meminit eiuſdem Legis Horatius ad Auguſtum: *— Quin etiam lex* *Pœnaq́ue lata, malo quæ nollet carmine quenquam* *Deſcribi: vertere modum, formidine fuſtis:* *Ad bene dicendum, delectandumq́ue redacti.* Hæc			Hoc ferè tempore iuxta ſupputationē eorum, qui natalem Chriſti in XIII. Auguſti Conſulatum referunt, Herodes Aſcalonita ob Chriſtum necat infantes. Matthæi cap. 2. *An.*	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.

IVRISCONS.

L.1.de dolo.

Ad hanc L.1.& tot.tit.vide Comment.Cuiacij.

L.7.eod.
L.11.eod.
L.13.eod.
L.20.eod.
L.21.eod.
L.13.de minor.
L.14.eod.
L.16.eod.
L.45.eod.
L.9.ex quib.cau.maio.
L.13.eod.
L.17.eod.
L.22.eod.
L.26.eod.
L.28.eod.
L.3.de recep.
L.15.eod.
L.17.eod.
L.19.eod.

Vide ad hanc leg.19. L.Si conuenerit.ff.de re iudic. vbi contrarium diſponi videtur.

L.25.eod.
L.27.eod.
L.1.naut.caupo.

Adde ad §.vlt. & L.2.eod.hoc tit. L.1.§. vlt.ff.furti aduerſus naut. caup. &c. quæ pugnare videtur. & vide Cuiac. ad tit.de inſtit. actio.

L.3.eod.
L.19.de iudic.

Deſumpta eſt hæc lex 19. ex tit. Quib.ex cauſ.in poſſ.eatur. adde ſimilem tex.in L. Si is qui.ff.eod. de iud.

L.18.de hæred.pet.
L.1.ſi pars.hæred.pet.
L.13.de rei vind.
L.15.eod.
L.19.eod.

L.7.

PONTIFICES.

DE TITIIS SODALIBVS.

Sodales Titij Sacerdotes erant extra vrbem habitantes, & in tugurijs certa auguria obſeruantes. Ad hoc enim deputati erant à Pontificibus. Nomen ab auibus acceperunt. Hæc ferè Pompon.

DE PONTIFICVM COLLEGIO, ET PONTIFICE MAXIMO.

Pontifices, vt pleraq; alia Sacerdotia ab ipſa Numa ortos, apud Liuium ſatis conſtat, eoſdem diu prȩterquam à Patribus creari non licuit. Fuerunt ab initio numero quatuor. Poſtquam verò maximorum honorum partem plebs tribunitijs rogationibus obti-

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cons.*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	CONSVLES.	*Anni à nato Christo.*
	Hæc ferè ſunt, quæ de Iuliorum legibus annotata obſeruauimus: quæ quod aliquantò fuſius à nobis relata ſunt, ſciat Lector primò hanc fuiſſe cauſam, ne tot annorum columnæ, qnas vtrique Cæſari & concurrentibns eadem ætate Conſulibus Iuriſque peritis neceſſariò tribuimus, eſſent omninò vacuæ nulliuſque frugis. Deinde quod horum Auguſtorum, ſicut & inſequentium aliquot, ad Hadrianum vſque nullæ conſtitutiones eadem cum cæteris ratione & ordine in Codicem relatæ superſint: eamque ob cauſam nequaquam omittenda videbantur.			*An. Imperij XXXIIII. à deuict. Anton. XXXIII. à Triumuirat. XLVI.*	
		755	756	SEX. AELIVS CATVLVS.	
				C. SENTIVS SATVRNINVS.	
	Qui plura de his, adeoque de totius hujus Monarchiæ initijs & progreſſu ſcire deſideret, Ciceronem videat, Suetonium, Dionem, Plutarchum, Velleium Paterculum, Appianum, quiue noſtrò tempore de ijſdem copioſius quàm alij ſcripſerunt doctiſsimos Iuriſconſultos, Aymarum Riualcium, & Valentinum Forſterum. Nobis ex his & alijs ſumma rerum capita obiter oſtendiſſe ſufficiat.			His Coſſ. lata eſt lex Aelia Sentia, de qua habes in Digeſtis L. 42. 55. 57. 60. & 83. de hæred. inſtit. L. 70. de verb. obliga. Inſt. toto titulo, Quibus ex cauſ. manu. non licet.	
	AVGV-			*An.*	

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Christo.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*
L.7.de vſufr.			obtinuit, ad ſacerdotia			
L.12.eod.			quoque & ſacroſanctas			
L.13.eod.			poteſtates aditum ſibi			
L.15.eod.			patere voluit. Quatuor			
L.21.eod.			ergo ex plebe Pontifices			
L.13.quib.mo. vſuſfr.amit.			creati ſunt, M. Valerio &			
L.1.Si vſuſfr.peta.			Q. Apuleio Coſſ. His o-			
L.10.de vſu & habit.			mnibus vnus præfectus			
L.12.eod.			erat à Numa Pompilio,			
L.13.eod.			qui Pontifex Ma-			
L.10.de ſeruit.ruſt.præd.			ximus dice-			
L.24.eod.			batur.			
L.2.ſi ſeruit.vind.						
			Pontificum munus			
Confer L. vti frui. 5. Si vſuſfru-			erat, vt iudicarent de o-			
ctus petatur.			mnibus cauſis, ad ſacra			
			pertinentibus, tam in-			
L.4.eod.			ter magiſtratus ſacrifi-			
L.6.eod.			cos, quàm inter priuatos			
L.17. quemad.ſeruit.amit.			homines. Deinde ſicubi			
L.2.ad leg.Aquil.			deſtituebantur ſcriptis			
L.5.eod.			legibus, nouas conde-			
L.7.eod.			bant. Magiſtratus penes			
L.9.eod.			quos ceremoniæ erant,			
L.23.eod.			ac ſacrificia examina-			
L.27.eod.			bant, miniſtros ſacro-			
			rum in officio contine-			
Similem text. habes in L. Si quis			bant. A profano quoq;			
vxori.§.ſi quis vxori.			& imperito vulgo de			
ff. de furt.			cultu deorum ac,			
			geniorum cõ-			
L.29.eod.			ſuleban-			
L.5.de his qui effud.			tur.			
L.6.eod..						
L.24.de noxa.act.						
L.26.eod.						
L.4.famil erciſc.						
L.22.eod.						
L.4.com.diuid.			H NO-			
L.6.eod.						
L.19.eod.						
L.7.ad exhib.						
L.11.eod.						
L.15.eod.						
L.8.de relig.& ſump.fun.						
L 14.eod.						
L.32.eod.						

L.42.

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	AVGVSTI mentionem faciunt Iuriſconſulti in Pandectis, in Legibus ſequentibus.			An. Imperij XXXV. à deuict. Anton. XXXIIII. à Triumuirat. XLVII.	
	1. L.9.ad L.Rhod.				
	2. L.2.ad SC.Velleia.			CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS	
	3. L.14.de manumiſſ.				
	4. L.21.de manumiſ.vindic.				
196		756	757	&	6
	5. L.23.de libera.cauſ.				
	6. L. 8.de quæſtio.				
	7. L.1.de cadauerib.punito.			L. VALERIVS MESSALA VOLVSVS.	
	8. L.12.de re milit.				
	9. §.1. Quibus non eſt permiſ. fac. teſta. §.1.& fin. de fideicomm. hæred. §.1. Inſtitut. de Codi. §. antepen. de adopt.			An.	

C. IV-

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
L.42.de reb.cred.			NOMENCLATV			
Confer L. Si ita ſtipulatus.126.			RA OMNIVM			
de verb.oblig.			PONTIFICVM			
L.41.de iureiur.			MAXIMO-			
L.15.de cond.cau.dat.			RVM,			
L.4.de cond.ob turp.cau.						
L.2.de eo quod cer.loc.			QVORVM EXTAT			
L.3.de conſt.pec.			MEMORIA, A PRI-			
L.27.eod.						
L.1.commod.			mo Pontifice ab vrbe			
L.5.eod.						
L.17.eod.			condita, vſque ad ob-			
L.3.de pignor.act.			itum Auguſti			
L.2.de leg.Rhod.			Cæſaris.			
L.5.de inſtit.actio.						
L 5.de tribu.act.						
L.7.eod.			Numa Pompilio Pom			
L.9.eod.			ponis F.Sabino			
L.3.de pecul.						
L.6.eod.			Rege.			
L.7.eod.						
L.43.eod.			ANCVS MAR-			
L.1.quando de pecul.						
L.1.de in rem ver.			TIVS, MARCI			
L.3.eod.			F. PONTIFEX			
L.7.eod.						
L.1.quod iuſſu.			MAXIMVS			
L.13.de compenſ.			PRIMVS			
L.1.depoſ.						
L.8.mand.			Factus eſt anno			
L.10.eod.			poſt vrbem			
Vide qua emendet in §. Si procu-			cond. L.			
rator. hac Leg.171. Cuiac.						
Obſeru. lib.13.cap.15.						
L.22.eod.						
L.60.pro ſoc.			II.			
Adde hic quoque Cuiac.						
d.cap.15.			L. Tarquinio.L.F.Da-			
			maraci.N.Super-			
L.65.eod.						
L.21.de contr.emp.			bo Rege.			
L.34.eod.						
			C. PAPIRIVS			
Adde L. veteribus.ff.de pact. L.			PON.MAX.			
Labeo 2.de contr. emp. & L. cùm						
in lege.eod.Cuiac.lib.10.						
Obſeru.cap.10.			Anno vrbis			
			CCXL.			
L.50.eod.						
De-			H 2 III.			

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cons*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	C O N S V L E S.	*Anni à natiuitate Chriſto.*
				An. Imperij XXXVI. à deuict. Anton. XXXV. à Triumuiratu XLVIII.	
				M. AEMYLIVS LEPIDVS	
	C. IVLIVS. DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERATOR.	757	758	&	7
	C. IV-			L. ARRVNTIVS NEPOS.	
				An.	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni ante Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
Deſumpta eſt ex tit. de dolo. L.77.eod. L.79.eod. L.13.de in diem addic. L.14.eod. L.2.de hæred. vel act. vend. L.1.de peric. & cõ.rei vend. L.17.eod. L.42.eod. L.11. Loca. L.13.eod. *Similem text. habes iiſdem verbis adductum in L. Sed et ſi. §. ſi magiſter. ad L. Aquil.* L.19.eod. L.57.eod. L.1.de præſcrip.verb. L.17.eod. L.19.eod. L.20.eod. L.1.de ædil.edict. L.17.eod. L.47.eod. L.64.eod. L.5.de euict. L.51.eod. *Deſumpta eſt ex tit. de Prator. ſtipulat.* L.2.de naut.fœno. L.9.de iur. & facti ignor. L.9.de ſponſalib. L.18.de iur. dot. L.41.eod. L.80.eod. *Similem text. iiſdem verbis repetitum habes in L. Si debitor. 2.ff.eod.* L.29.de don.inter vir.& vx. L.32.eod. *Similem tex. vide in L. quæſitum. de ſponſal.* L.64.eod. L.18.ſolut.matri. L.22.eod. L.64.			III. L. Valerio. P.F.P.N. Poplicola Potito & M.Horatio.M.F. M.N.Barbato Coſſ. Q. FVRIVS. SEX. F. FVSVS. PONT. MAX. Anno vrbis CCCIV. IIII. T. Quinctio. L.F.L.N. Penno Cincinato & Cn. Iulio Mentone Coſſ. A. CORNELIVS L.F.SER.N.COS- SVS. PONT. MAX. Anno vrbis CCCXXII. V. L.Valerio, L.F.L.N. Poplicola Potito & M. Manlio. A.F.A.N. Capitolino Coſſ. M.FABIVS AMBV STVS.PONT. MAX. Anno vrbis CCCLXI. H 3 VI.			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cons.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Italo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
				An. Imperij XXXVII. à deuict. Anton. XXXVI. à Triumuira. XLIX.	
				Q. CAECILIVS METELLVS CRETICVS SILANVS.	
	C. IVLIVS. DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERATOR.	758	759	&	8
				A. LICNIVS NERVA SILIANVS.	

C. IV-

An.

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni ante Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
L.64.eod.			VI.			
L.66.eod.			A. Cornelio P.F.A.N.			
L.1.de impenſ. in reb.dot. fac.			Coſſo Aruina II.			
L.13.de act.rer.amot.			&			
L.19.eod.						
L.23.de teſta.tutel.			Cn. Domitio Caluino			
L.5.de legit.tuto.			Coſ.			
L.1.de tut.&rat.diſtr.						
L.3.de cõtra.tut.&vtil.act.			P.CORNELIVS			
L.2.quod falſo tuto.			SCAPVLA,			
L.9.eod.						
L.25.qui teſta.fac.poſſ.			PONTIFEX			
L.6.de liber.&poſthum.			MAX.			
L.9.de hæred.inſt.			Anno vrbis			
L.13.eod.						
L.17.eod.			CDXXI.			
L.20.eod.			VII.			
L.21.eod.						
L.29.eod.			P. Sempronio P.F.			
L.59.eod.			C.N. Sopho,			
L.64.eod.			&			
L.39.de vulg.&pup.						
L.7.de iur.delib.			P. Sulpicio Ser. F.			
L.11.eod.			P.N.Sauerrione			
L.28.de acq.hæred.						
L.60.eod.			Coſ.			
L.62.eod.			P.CORNELIVS			
L.73.eod.			SCIPIO BAR-			
L.1.ſi quis omiſſ.cau.			BATVS.PON-			
Vide quæ tradat ad hanc leg. Caraſ. Miſcel.lib.1.cap.2.			TIF. MAX.			
			Anno vrbis			
L.1.de SC.Silla.			CDXLIX.			
L.5.de lega.lib.1.						
L.12.eod.			VIII.			
L.30.eod.			Cn. Seruilio CN.F.			
L.36.eod.						
L.47.eod.			CN.N.Cæpione			
L.11.de lega.lib.2.			&			
L.49.eod.						
L.29.de lega.lib.3.			C.Sempronio T.F.			
L.43.eod.			T.N.Blæſo			
L.52.eod.			Coſ.			
L.65.			T.CORNVCANI-			
			VS T.F.T.N.PONT.			
			MAX. PRIMVS			
			E PLEBE.			
			Anno vrbis			
			D.			

Olympiad.	IMPERATORES.	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cato.*	*Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.*	CONSVLES.	*Anni à nato Chriſto.*
	C. IVLIVS. DIVI F. C. N. CAESAR O-CTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERA-TOR. C. IV-	759	760	*An. Imperij XXXVIII. à deuict. Anton. XXXVII. à Triumuira. L.* M. FVRNIVS CA-MILLVS & SEX. NONIVS QVINCTILIA-NVS. *An.*	9

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Chriſto.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*
L.65.eod. *Confer L. Is qui natus. 210. de verb. ſignific.* L.85.eod. L.86.eod. L.100.eod. L.17.de annu.lega. L.30.de vſu & vſufr.leg. L.41.eod. L.7.de trit.vin.& ol.leg. L.16.eod. L.4.de inſtr.vel inſtr.leg. L.12.eod. L.25.eod. L.26.eod. L.8.de pecul.leg. L.3.de peu.leg. L.4.eod. L.7.de ſupel.leg. L.4.eod. L.10.eod. L.11.eod. L.32.de aur.arg. mund.leg. L.39.eod. L.6.de cond.& dem. L.8.eod. L.39.eod. L.40.eod. L.69.eod. L.12.quand.dies leg.ced. L.22.eod. L.3.de bon.poſſ. L.8.de bon.poſſ.contr.tab. *Coniunge ad §. ſi quis emancipatus. L. ſilio. de liber. & poſthum.* L.1.de ventr.in poſſ.mitt. L.9.de Carbo.edic. L.10.de iur.patro. L.8.de oper.libert. L.36.eod. L.1.vnde cogna. L.6.de grad.& affin. L.3.			IX. A. Manlio. T.F. T.N. Torquato Attico, & C.Sempronio. T.F. T.N.Blæſo. II. Coſ. in locum T. Cornucani.T.F.T.N. L. CAECILIVS L. F. C.N. METELLVS. PONT. MAX. Anno vrbis DIX. X. Cn. Cornelio. L. F. L. N. Scipione Caluo, & M.Claudio.M.F.M.N. Marcello Coſ. in locũ L.Cæcili Metelli. L. CORNELIVS L.F. T.N. LENTVLVS CAVDINVS PONT. MAX. Anno vrbis DXXXI. XI. Q. Fuluio. M.F. Q.N. Flacco. III. & Ap.Claudio.P.F.Ap.N. Pulchro Coſ.in locum L. Corneli Lentuli, Caudini. P. LI-			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cato	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
				An. Imperij XXXIX. à deuict. Anton. XXXVIII. à Triumuira. LI.	
				Q. SVLPITIVS CAMERINVS.	
197	C. IVLIVS. DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERATOR.	760	761	&	10
	C. IV-			C. POPPAEVS SABINVS.	
				An.	

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Chriſto.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*
L.3.de oper. noui.nunc. L.24.eod. *Confer L.vnicam.de remiſ-ſionibus.* L.21.eod. *Deſumpta ex tit. de Prator. ſtipula.*			P. LICINIVS P.F. P.N. CRASSVS DIVES.PONTI- FEX MAX. Anno vrbis DXLI.			
L.9.de dam.infec. L.13.eod. L.15.eod. L.24.eod. L.30.eod. L.47.eod. L.1.de aq. & aq.plu.arc. L.2.eod. L.3.eod. L.4.eod. L.5.eod. L.10.eod. L.19.eod. L. 4.de publica. L.18.de donat. L.19.eod. L.35.eod. L.26.de manumiſ. L.41.de manu. teſta. L.3.de ſtatu liber. L.8.eod. L.29.eod.			XII. Q.Fabio. Q.F. Q.N. Labeone, & M. Clau- dio. M.F. M.N. Mar- cello Coſſ. in locum P. LicinI Craſſi diuitis. C. SERVILIVS. C. F. C. N. GEMI- NVS. PONT. MAX. Anno vrbis DLXX.			
Vide ad hanc Legem Cuiac. libro Obſeru.1.cap.37. & lib.2. cap.7. L.39.eod. L.22.de liber.cau. L.19.de acq.rer.dom. L.26.eod. L.28.eod. L.1.de acq.poſſ. L.3.eod. L.6.eod..			XIII. L. Manlio. L. F.L. N. AcidIno Fuluia- no, & Q.Fuluio. Q.F. M.N. Flacco Coſ. in locum C.ServilI. Gemini.			
Deſumpta ex tit. de interdict. ſeu extraordi.actio. L.30.eod. L.51.eod.			M.AIMILIVS.M.F. M. N.LEPIDVS. PONT. MAX. Anno vrb. DLXXIV.			

L.4. XIIII.

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
	C. IVLIVS. DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERATOR. C. IV-	761	762	*An. Imperij X L. à deuict. Anton. X X X I X. à Triumuirat. L I I.* P. CORNELIVS DOLABELLA. His Coſſ. factum eſt SC. Sillanianum, de quo eſt titul. ff. lib. 29. Vide Tacitum libro 14. & D. Cuiacium lib. Obſer. 1. cap. 18. C. IVNIVS SILLANVS. *An.*	11

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menses.	Dies.
L.4.de vſurp.& vſuc. L.8.eod. L.32.eod. L.4.de re iud. L.7.quib. ex cauſ in poſſeſ. eatur. L.12.de reb.auct.iud.poſ. L.15.eod. L.6.quæ in fraud.cred. L.10.eod. L.25.eod. L.3.de tab.exhib. L.2.ne quid in loc.publ. L.1.de fluminib. L.1.ne quid in flu.publ. L.1.vt in flu.pub.nauig. L.1.de vi & vi arma. *Idem reſponſum iiſdem verbis ingeminatum inuenies in L. hoc iure.§.ff.de reg. iur.* L.3.vti poſsid. *Vide quæ ad hanc Legem ſcripſit Cuiac. libro Obſeru.13. cap.26.* L.3.de itin.actuque priu. L.1.de aq.quot.& æſtiu. L.2.de riuis. L.3.eod. L.1.de cloac. L.2.eod. L.1.quod vi aut clam. L.5.eod. L.7.eod. L.11.eod. L.13.eod. L.15.eod. L.22.eod. L.8.de precar. L.22.eod. L.1.de arb.cæd. L.3.de hom.liber.exhib. L.1.de migrand. L.15.de diuer.temp.præſc. L.4.de doli mali excep. *Ad*			XIIII. M. Claudio. M.F. M. N. Marcello III. & L. Valerio. L. F. P. N. Flacco Coſ. in locum M. Aimill Lepidi. P. CORNELIVS. P. F. CN.N. NASICA. SERAPIONI PRIMVS ABSENS PONTIFEX MAXIMVS EST. AN. DCI. PRIMVS EXTRA ITALIAM MORTVVS EST. XV. P. Cornelio P.F. P.N. Scipione Africano Aemiliano. II. & C. Fuluio Q.F.Q.N. Flacco. Coſ. in locum P. Cornell Naſicæ Serapionis. P. LICINIVS P. F. P.N. CRASSVS MVTIANVS. PONT. MAXIM. FACTVS EST AN. DCXIX. PRIMVS EXTRA ITALIAM CVM EXERCITV PROFECTVS EST. PRIMVS IN SACERDOTIO OCCISVS EST. I XVI.			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni ante Chriſt.
				An. Imperij XLI. à devict. Anton. XL. à Triumviratu LIII.	
		762	763	M. AEMILIVS LEPIDVS. T. STATILIVS TAVRVS. II.	12
	C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERATOR.			*An. Imperij XLII. à devict. Anton. XLI. à Triumvirat. LIIII.*	
198	C. IV-	763	764	T. IVLIVS GERMANICVS CAESAR. C. ATEIVS (aliàs Fonteius) CAPITO.	13

An

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
Ad intellectum §. Si quis ex vncia, huius L. 4. vide quæ tradit Cuiac. Obſeru. lib. 14. cap. 29. L.67.de verb.oblig. L.137.eod. L.20.de ſtipul.ſeruo. L.19.de ſolut. L.95.eod. L.8.de acceptil. *Confer ad §. acceptum. L. nihil. 35. de reg. iur.* L.8.rem ratam hab. L.15.eod. L.1.de furt. L.23.eod. L.25.eod. L.31.eod. L.50.eod. L.52.eod. L.53.eod. L.90.eod. L.1.ſi is qui teſta.lib.eſſe. L.3.eod. L.6.ſi famil.furt.fec.dic. L.1.arb.furt.cæſ. L.3.eod. L.2.vi bon.rapto. L.3.eod. L.4.eod. L.3.de incend.rui.nauf. L.1.de iniur. L.5.eod. L.7.eod. L.13.eod. L.15.eod. L.17.eod. L.27.eod. *Deſumpta ex tit: de relig. & ſumpt. fun.* L.44.eod. L.3.de ſepul.viol.			XVI. P. Licinio. P. F. P. N. Craſſo Muciano, & L. Valerio. L. F. L. N. Flacco Flam. Mart. Coſ. in locum P. Licini Craſſi Muciani. P. MVCIVS. P. F. P. N. SCAEVVLA PONT. MAX. Anno vrbis DCXXII. XVII. L. Cæcilio. L. F. Q. N. Metello Caluo, & L. Aurelio. L. F. Cotta Coſſ. in locum P. Muci Scæuulę. L. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELLVS. CALVVS PONT. MAX. Anno vrbis DCX. XXIV.			

Con-

I 2 XVIII.

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à n. to Chriſto.
				An. Imperij XLIII. à deuict. Anton. XLII. à Triumuirat. LV.	
		764	765	L. MVNATIVS PLANCVS. C. SILIVS NEPOS.	14
	C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIANVS. II. POP. ROM. IMPERATOR.			*An. Imperij XLIIII. à deuict. Anton. XLIII. à Triumuira. LVI.*	
		765	766	SEX. POMPEIVS. S. F. S. N. SEX. APVLEIVS.	15
	TIB.			His Coſſ. Auguſtus Nolæ moritur XIIII. Cal. Septembr. Et ad hunc annum vſque attenditur hiſtoria Liuij ab vrb. condita. hinc Cornelij Taciti annales ſumunt exordium. Cont.	

Eodem

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anno à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
Confer L. Locum. de relig. & ſump. fun. L.1. de præuarica. *Confer L. Athletas. 4. §. præuaricator. ff. de his qui not. infa.* L.23. ad L. Iul. de adult. L.4. ad L. Iul. de vi priu. L.1. de iur. fiſci. L.27. de capt. & poſtlim. L.5. ad municip. L.5. de verb. ſig. *Deſumpta ex tit. de Interdict.* L.14. eod. L.29. eod. *Deſumpta ex titul. de vſufr. L. ex ſylua.* L.38. eod. *Ex tit. de relig. vbi quaritur de ſepult. huiuſmodi partus.* L.43. eod. *Ex tit. de rei iudic. vide L. Si victum. eod.* L.45. eod. L.53. eod. L.60. eod. *Deſumpta ex Interdic. Ne quid in loco public. vide L.2. eod.* L.116. eod. L.194. eod. L.245. eod. L.246. eod. *Citatur idem Labeo, in Inſtitu.* Tit. de Codicil. §.1. Fuerunt & aiij quidam hoc tempore celebres Iuriſconſulti, quorum tamen Pomponius non meminit. Videat qui velit Ciceronem, & qui ex eodem nonnullos annotarunt, Rutillium & Forſtetum. MA-			XVIII. C. Cæcilio. Q. F. Q. N. Metello Caprario, & Cn. Papirio. C. F. Carbone. Coſ. in locum L. Cæcilii Metelli Calui. Q. SERVILIVS. Q. F. CN. N. CAEPIO, PONTIFEX MAX. Anno vrbis DCXL. in Sacerdotio occiſus eſt. XIX. P. Rutilio. M. F. Rufo, & C. Manilio. M. F. P. N. Coſ. in locum Q. Seruilii Cæpionis. CN. DOMITIVS CN. F. CN. N. AHENOBARBVS. PONTIFEX MAX. PRIMVS POP. ROMANI SVFFRAGIIS FACTVS EST, Anno vrbis DCXLVIII. I 3 XX.			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
		766		*Eodem anno, quo Nolæ Auguſtus obijt, Tiberius ad imperium conſcendit.*	
	TIB. IVLIVS D. AVGVSTI F. DIVI IVLII N. CAESAR. AVGVSTVS GERMANICVS. III. POP. ROM. IMPERATOR.	767	767	*Anno ſequenti, qui ſecundus eſt Tiberij: Coſſ. fuêre* DRVSVS CAESAR. C. NORBANVS FLACCVS.	16
	Claudius Tiberius Cæſar adoptiuus Auguſti filius, gener & priuignus, imperium diſsimulatione diu recuſatum tandem Senatus precibus aſſumpſit: illudq́; à ſumma lenitate exorſus, maieſtatem & poteſtatem Senatui priſtinam vſq; adeò ſaluam & inuiolatam conſeruauit, vt tertia Reipub. ſpecies rediiſſe videretur. Poſt autem, cùm in inſulam Capreas ſeceſsiſſet, in omni libidinũ genere volutatus, crudeliſsimè dominatus eſt. Hinc cùm inſontes pariter & noxios ſuos externosque immani furore puniret; reſolutis militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mæſia à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus, direptæ ſunt: ipſeque inſidijs Caligulæ circumuentus, Anno ætatis LXXVIII. menſe IIII. Imperij XXIIII. extinctus eſt.			Tiber. Cæſar ſtatim initio imperij Agrippā poſthumum interficit: eodem anno Iulia Auguſti filia ob impudicitiam à patre relegata obijt. *An. Imperij Tiberij.*	
		768	768	III. SISENNA STATILIVS TAVRVS. L. SCRIBONIVS LIBO. Hoc anno Germanicus vicit Arminium, ſeu Hermannum Cheruſcorum ducem; & vxorem Arminij viuam cepit. Tacit.	17

TI.

IIII.

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Christo.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
MASVRIVS SABINVS Capitonis in diſciplina iuris ſucceſſor, Cocceium Neruam æmulam habuit, qui Labeonis tradita ſequebatur. Primus fuit qui ab Auguſto & poſt à Tiberio quoque ius publicè reſpondendi obtinuit. Ante enim Auguſti tempora non à Principibus dabatur, ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondere poterant.			XX. L. Iulio. L. F. Sex. N. Cæſare, & P. Rutilio. L. F. L. N. Lupo. Coſ. in locum Cn. Domitl Ahenobarbi.			
Meminit huius Sabini Perſius, ſic ſcribens: *Vindicta poſtquam meus à Pretore receſſi,* *Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunq; voluntas,* *Excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit?*			Q. MVTIVS. P. F. Q. N. SCAEVVLA. PONTIFEX MAX. FACTVS EST, Anno vrbis DCLXIII. in Sacerdotio occiſus.			
In Catalogo Pandectis Florentinis Præpoſito numerantur Sabini tres Iuris ciuilis libri, ſed ex ijs nulla legum capita in Digeſtorum libros relata repe-riuntur.			XXI. C. Mario. C. F. C. N. & CN. Papirio. CN. F. C. N. Carbone. III. Coſ. in locum Q. Mutl Scæuulæ. Q. CAECILIVS. NVMIDICI. F. L. N. METELLVS PIVS. PONT. MAX. Anno vrbis DCLXXI.			

Cita- I 4 XXII.

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cont.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
				IIII. L. POMPONIVS FLACCVS.	
199		769	769	Germanicus Rheni oſtia præternauigãs, in Amiſiam flum. claſſem ducit: & tranſgreſſus Viſurgim, Arminium & Germanos bellum inſtaurantes vincit.	18
	TI. IVLIVS D. AVGVSTI F. D. IVLII N. CAESAR AVGVSTVS. CERMANICVS. III. POP. ROM. IMPERATOR.			C. CAECILIVS RVFVS.	
				V. CL. TIBER. NERO. III.	
	TI.	770	770	In huius locum, cùm paucis diebus cõſulatum geſſiſſet, ſuffectus eſt L. Seius Tubero.	19
				GERMANICVS CAES. II. Qui hoc anno de Cheruſcis, Cattis, alijsq́ue Germaniæ populis à ſe diuictis triumphauit.	
				VI.	

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Chriſto.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*
Citatur Sabinus lib.2.Reſponſ. in L.4.de leg.Rhod. *Idem Sabinus citatur libro 5.ad edict.Prætoris vrbani, in* L.18.de oper.libert. *Citatur idem Maſurius Sabinus lib.Memorialium,in* L.144.de verb.ſig.			XXII. C.Calphurnio. L.F. Piſone Frugi, & M. Acilio. M. F. M.N. Glabrione, Coſſ. in locum Q. Cæcili Metelli Pil. C.IVLIVS.C.F.C.N. CAESAR. PONT. MAX.FACTVS EST. Anno vrbis DCXXCVI. in Sacerdotio occiſus.			
Citatur idem Sabin.lib. ad Vitellium,in L.45.de lega.lib.3. L.8.de inſtr.vel inſtr.leg. L.12.eod. L.3.de pen.lega. L.19.de aur.mund.arg.leg. L.22.de his quæ vt indig. *Citatur poſtremo idem Sabinus his locis, nec notato numero, nec nomine librorum.* L.2.de orig.iur. L.8.de rer.diuiſ. L.11.de iuriſdict. L.4.Si ex noxa.cau.ag. L.2.de eo per quem fac. L.10.de pact. L.17.eod. *Cum §.2 huius leg.17.concord.§. pactus ne peteret. L.27.eod. cum §.penult.concord. L. Si actionem. C.eod.& vide ad materiam totius legis Iaſe.in L.Rogaſti.§. Si tibi.ff.Si cert. peta.* L.4.de his qui not.inſa. L.45.			XXIII. C. Iulio. C.F.C.N. Cæſare V. & M. Antonio. M.F. M.N.Coſ.in locum Iuli Cæſaris. M.AIMILIVS.M.F. Q. N. LEPIDVS. PONT. MAX. Anno vrbis DCCIX.			

XXIIII.

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Caton.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Christo.
	TI. IVLIVS D. AVGVSTI F. D. IVLII N. CAESAR AVGVSTVS. GERMANICVS III. POP. ROM. IMPERATOR. TI.	771	771	VI. M. IVNIVS SILANVS. Hi Coſſ. legem tulerũt, de ſtatu libertino. quæ primò de SC. Largiano, pòſt D. Traiani edicto, ac tandem ab ipſo quoque Iuſtiniano ſublata eſt. Vide Vlpian. in frag. Nouel. 78. & §. ſed hæc de libertinis. Inſt. de ſucceſſ. liberto. L. NORBANVS BALBVS, aliàs GALLVS. VII.	20

IVRISCONS.	*Num. Pontif.*	*Anni à nato Christo.*	PONTIFICES.	*Anni Pontif.*	*Menſes.*	*Dies.*
L.45.de procura. L.19.de negot.geſt. L.29.de dolo. L.39.eod. L.19.de recept. *Vide hic L. Si conuenerit. ff. de re iudic. in qua contrarium decidi videtur.* L.29.eod. L.28.de iudic. *Confer L. Antiqui. ff. Si pars hæreditat. petat.* L.13.de hæred.petit. *Similem text. iiſdem verbis repetitum inuenies. in L. Nemo prædo. de reg. iur.* L.36.eod. L.9.de vſufr. L.23.eod. L.68.eod. *Vide ad hãc legem Coraſ. in Miſcel. Iuris ciuil. lib. 5. cap. 8.* L.10. quib. mo. vſufr.amit. L.5.de vſufr.ear. rer. L.6.de vſu & habit. L.12.eod. L.4.de ſeruitu. L.9.eod. L.19.de ſeruit.vrba. L.2.quemad.ſeruit.amit. L.21.eod. L 27.ad L.Aquil. L.39.eod. L.15.de noxal.act. L.21.eod. L.31.eod. L.12.famil.erciſc. L.6.com.diuid. L.28.eod. L.9.ad exhib. L.14.			XXIIII. T. Claudio. T. F. Ap. N. Nerone, & P. Quinctilio Sex. F. Varo. Coſ. in locum, M. Aimilii Lepidi. IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS FACTVS EST. Anno vrbis DCC. XL. *Huc vſque Pontifices à veteribus Romanis electi, qui deinceps ſequuntur Imperatores, dignitatem hanc hæreditariã fecerunt, quouſque indiuiſum manſit Romanum Imperium.* NO-			

Olympiad.	IMPERATORES.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Cato.	Anni ab Vrb. cond. ſecund. Halo.	CONSVLES.	Anni à nato Chriſto.
				VII. M. VALERIVS MESSALA.	
		772	772	Germanicus Aegyptum luſtrat vſque ad Syenem & Elephantinam: eodem anno à Piſone veneno necatur. Tacit.	21
	TI. IVLIVS. D. AVGVSTI F. D. IVLII N. CAESAR AVGVSTVS. GERMANICVS III. POP. ROM. IMPERATOR.			M. AVRELIVS COTTA.	
				VIII. CL. TIBERIVS NERO CAES. IIII.	
200	TI.	773	773	Galliæ vrbes ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœperunt, duce Sacroniro & Floro. Tacit.	22
				DRVSVS CAES. II.	
				IX.	

IVRISCONS.	Num. Pontif.	Anni à nato Chriſto.	PONTIFICES.	Anni Pontif.	Menſes.	Dies.
L.14.de ſeruo corrup.						
L.22.de reb.cred.						
L.31.eod.						
Simılem text. habes in L. Si ſeruus.§.1.de act.emp.			NOMINA SACER-DOTIORVM PV-			
L.4. de condi. ob turp.cau.			BLICORVM PO-			
L.6.eod.			PVLI RO-			
L.2.de condic.tritic.						
L.36. de pig.act.			MANI.			
